



302515879/

ANTONII SCHULTINGII

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

ANTONII SCHULTINGII

QUONDAM IN ACADEMIA LUGDUNO-
BATAVA JURIS ANTECESSORIS
CELEBERRIMI,

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

Edidit atque animadversiones suas adjecit

NICOLAUS SMALLENBURG,

IN EADEM ACADEMIA JUR. PROF. ORD.

TOMUS QUARTUS.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS,
MDCCCXXIII.


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

DIGESTORUM

SEU

PANDECTARUM

PARS QUARTA.

LIBER VICESIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE PIGNORIBUS, ET HYPOTHECIS, ET (1) QUALITER EA CONTRAHANTUR, ET DE PACTIS EORUM.

Ordo Edicti Perpetui hic non servatus. Vid. *Const.* omnem reipublicae, *de conceptione Digestorum*, §. 4. (2) Humaniora quaedam, circa verba graeca praecipue, habet Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 12. ubi multa non recta.

(1) Apud Hal. *et* abest.

(2) Add. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* in pr. et Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit. p.* 161. qui *ibid. p.* 162. *in not.* praecipuos laudavit auctores, qui de hoc argumento scripserunt. Ad singulas hujus tituli, ut et sequentium titulorum hujus Libri Pand., Leges commentatus est Jul. a Beyma. — *Pignus pigneris*, et *pignus pignoris*, an diversa. Vid *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p* 232. *seq.* add. de duplici hac scribendi ratione Drakenborch *ad Liv.* III. 38. §. 12. — *Pignus* receptum ante *hypothecam*. Gluck. *d. loc. p.* 163.

L. I.

Papinianus Lib. XI. *Responsorum.*] Hal. *Lib.* II. quod praefert Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.*

Conventio generalis in pignore dando etc.] Id est, *constituendo*, *obligando*, ut et mox, et *L.* 3. §. 1. *qui potior. in pign.* (1).

In speciem *autem alienae rei* etc.] Id est, *in pignore speciali.* Sic Basil. [*Tom.* IV. *p.* 31.]

Difficilius *creditori* etc.] D. Goth. *in not.* „Id est, „ *nunquam.*" Ita *L.* 8. *in fin. de collation.* Duaren. *Disp. Anniv.* II. 11. Bachov. *de Pignor.* II. 4. *num.* 3. Wissenbach. *in Disp. ad h. tit. Pand.* §. 2. Reinold. *Varior. Cap.* 33. (2).

Sed facilior erit (3) *possidenti retentio.*] Facit huc *L.* 128. *de reg. jur.* Nec obstat *L.* 25. *h. t.*

(1) Sequitur: *bonorum* vel *postea quaesitorum* etc. Id est, *etiam.* Vid. D. Goth. *in not.* et Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 13. et *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *A speciali hypotheca* etc. add. notata superius ad *L.* 24. *de procurator.*

(2) Et plerique Interpretes, etiam Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 14. *not.* 13. et *Thes. Controv. Dec.* 79. §. 1. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 12. et *ad Lib.* XX. *Pand.* vs *Non igitur valet* etc. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *Tit. de pign. action. p.* 30. Rationem tamen non video, quare mens Papiniani esse non posset, *difficilius* quidem hoc casu creditori hanc actionem dari, non tamen prorsus eam illi denegari, puta si agere velit adversus ipsum debitorem, eumve qui a debitore rem nactus est.

(3) Hal. et Vulg. inserunt *creditori.* Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Servo pignori dato peculium ejus etc.] Aliud in iis, quae ex re nascuntur. *L.* 29. §. 1. *h. t.* (1).

(1)

(1) Pro *adquisierat* in fin. §. Hal. et Vulg. habent *adquisierit*. Vid. Brencm. h. l.

§. 2.

Eos consumptos *bona fide emtor* etc.] Aliud in *exstantibus*. *L.* 16. §. 4. *h. t.* *L.* 3. *Cod. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* ut et in *reivindicatione*. *L.* 22. *Cod. de reivindic.* (1). Male in utrisque idem esse, contendit Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 93. *error.* 2. *seqq.* contra quem vid. Bachov. *ibid.* et *de Actionib. Disp.* III. *Thes.* 38. et *de Pignorib.* II. 11. *num.* 2. *seqq.* ubi refutat Fabrum, verbum *consumptos* ejicientem: exstat in Basil. [*Tom.* IV. *p.* 31.]

Utili Serviana] *Quasi Serviana* (2).

Quod in fructibus dissimile est, qui nunquam debitoris fuerunt.] Vid. *L.* 11. §. 3. *qui potior. in pign.* *L.* 29. §. 1. *h. t.* (3).

(1) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 79. §. 6. et 7. et *ad Paul. Sent.* II. 5. §. 2. Difficilis est de fructibus pignoris quaestio, de qua vid. et Gluck. *hoc tit. p.* 345. *seqq.*

(2) Vid. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 75. §. 5. et Gluck. *d. loc. p.* 314. *Quasi Servianam* nusquam appellari, nisi in §. 7. *Inst. de action.* notat Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 193.

(3) Vid. de posteriore hac Legis parte Pothier, *in not. ad h. l.* Egit de hoc §. etiam Jensius, *in strictur. ad Pand. p.* 139. Sed quae habet, non sunt magni momenti.

§. 3.

Compensarentur fini (1) *legitimae usurae.*] Vid. Molin. *de Usur. Quaest.* 35.

(1) Id est, *ad modum usurae legitimae*, seu *centesimae*. Vid. D. Goth. *in not.* add. Noodt. *de Foen. et usur.* II. 3. in fin. et Gluck. *tit. de pign. action. p.* 118.

Basilic. *Tom.* IV. *p.* 32. *μέχρι τοῦ νομίμου τόκου.* In seq. §. 4. pro *ob debitum viri pignori dedit*, Graecos male legisse videri: *ob debitum viro* etc. notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 1. De voce *reciperavit* vid. notata superius *ad L.* 33. *de adoption.*

L. II.

Idem Lib. III. *Responsorum.*] Vid. de hac Lege Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. L.* 32. *de negot. gest.*

Fidejussor, qui pignora etc.] Vid. *L.* 26. *pr. h. t.* add. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 62. *error.* 8. sed caute legendus.

L. III.

Qui rem suam vindicabat, (1)] Ignorante creditore. Vid. *L.* 29. §. *ult. de exc. rei jud.* Gloss. et Cujac. *ad Libb. Papin. quaest. in expl. h. l.* add. casum *L.* 5. *Cod. h. t.*

Res in bonis eo tempore, etc.] Nam non curatur, quod post supervenit. *In bonis* quae sint, vid. *L.* 52. *de adq. rer. dom.*

Sed et si victus sit debitor, vindicans hereditatem,] In qua res fuit.

Atquin aliud in legatis, etc.] Nisi in casibus *L.* 14. *pr.* et §. 1. *de appellation.*

Sed creditor *non bene legatariis* etc.] D. Goth. *in not.* „Videtur legendum *debitor*: nam — agitur, de debitore — non de creditore." Imo de *creditore*, et quatenus sententia, contra debitorem lata, ei praejudicet: nulla hic dubitandi vel levissima caussa.

(1) Sequitur: *quod suam non probat.* Al. *probaret.* Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 1. qui ope geminationis mavult *probabat.* Flor. fuisse: *qui rem suam non probat, quod suam non probat*, sed de-

deleto priore *non probat* a manu supplente superscriptum *vindicabat*, et ab eadem super posterius *probat* scriptum *re*, ut sit *probaret*, notat Brencm. *h.*

§. 1.

Ergo summovebitur rei judicatae exceptione, etc.] Vid. *L.* 28. *de exc. rei judic.*

L. IV.

Contrahitur hypotheca per pactum conventum,] *Scriptum* interpretatur Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 12. *p.* 512. Male (1).

(1) Sequitur: *ut, quod actum est, per eas facilius probari poterit*, Hal. et Vulg. *possit.* Sed vid. notata superius ad *L.* 25. *de legib.* et *L.* 11. §. 3. *loc. cond.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 356. *et* 489. et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. In seqq. verbis: *et sine his autem* etc. τὸ *et* abundat, forte generatum ex *it* in *poterit.* Vid. Brencm. *h.*

L. V.

Sed et non *solvendae* etc.] Id est, *non tantum*, ut §. *pen. Inst. de legit. agn. tut. L.* 5. *de serv. praed. urban.* (1) *L.* 5. §. 2. *de injur.*

(1) Ad quam vid. notata. Al. editt. habent *non tantum.* Hal. *non solum*, quod probat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 1. putans, omissum forte illud esse ob sequens verbum *solvendae.* Ad verba, quae praecedunt: *sed et futurae obligationis* etc. vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 12. §. 6.

§. 1.

Inter pignus *autem et* hypothecam *tantum nominis sonus* (1) *differt.*] Tricatur Salmas. (2) *de Mod. usur. Cap.* 12. *p.* 492. *seqq.* et *Cap.* 13. *p.* 534. *seqq.* et *Cap.*

14. p. 596. pro *hypothecam* Marcianum scripsisse putat *fiduciam*. Male.

(1) *Quantum* scil. *ad actionem hypothecariam attinet*. §. 7. *Inst. de action.* add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 75. §. 3. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Initio ait Praetor*, etc. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 187. Gluck. *tit. de pign. act.* p. 5. et *hoc tit.* p. 310. Pari modo locutum esse Novatianum, *de Trinit. Cap.* 21. *et* 22. observavit Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.
(2) Etiam Valla, in *Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* p. 231. *seq.*

L. VI.

Ulpianus Lib. LXXIII. *ad Edictum.*] Agens de *Salviano interdicto*, occasione cujus idem tradit Paul. *in Sent.* V. 6. §. *ult.*

Obligatione generali rerum etc.] Ex *conventione* (1). Vid. Matth. *de Auction.* I. 19. *num.* 49.

Ea non continebuntur, quae etc.] Licet adjectum sit *nullis exceptis*. Vid. Sande, *Decis.* III. 12. *Dec.* 9. Frustra quidam hoc jus carpunt. Vid. Huber. *Eun. Rom.* p. 724.

Ut puta supellex: item vestis etc.] A graecis haustum. Vid. Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 13. p. 560. ubi et in praecedentibus de Jure Hebraeo.

Proinde *de ministeriis* etc.] Pro *perinde*, ut *L.* 15. *pr. L.* 29. *ad L. Corn. de fals.* (2). Nec opus *perinde*, quod vult Bynkersh. *obs.* V. 25. — Junge *L.* 8. *h. t.*

(1) Aliud in hypothecis, quae a *Magistratu*, vel *Lege* constituuntur. add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 79. §. 4.
(2) Etiam alibi. Vid. C. A. van Wachendorff, *Obs. ad LL. quasd. ex Jur. Civ. Cap.* 1. §. 2. in *Nov. Thes. Diss. Jurid.* Oelrichs. *Tom.* II. *Vol.* II. p. 165. add. Cort. *ad Epist. Cicer.* X. 21. 7. Oudendorp. *ad* *Appul.*

Appul. Metam. p. 342. Arntzen. ad Aurel. Victor. Epitom. Cap. 14. p. 513. et notata superius ad L. 7. §. 1. de rescind. vend. Ministeria, quae ad affectionem pertineant, esse, quae dominus habet in deliciis, notat Merill. Obs. II. 18.

L. VIII.

Ulpianus Lib. LXXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 6. *h. t.*

Filios naturales,] D. Goth. *not.* 86. „Atqui filius a patre vendi potest. *Tit. Cod. de patrib. qui filios distr.* etc." Ibi agitur de re plane alia, ac hic loci (1).

(1) De affectione erga *concubinam*, et *filios naturales*, quaedam notavit Merill. *Obs.* II. 18.

L. IX.

Gajus Lib. IX. *ad Edictum Provinciale.*] Agens *de pignoratitia actione:* quod nunc etiam video notari a Clar. Noodt. *Obs.* I. 7. (1).

In bonis habuit,] Jauch. *de Negation. p.* 250. *non habuit*, quod sequi non ausim (2).

(1) Et *de Form. emend. dol. mal. Cap.* 12. add. Reinold. *Orat. de Leg. inscript.* §. 11. in *Jurispr. Restit. Wieling.* II. *p.* 197. et Gluck. *tit. de pign. act. p.* 22. *not.* 67. Non tamen Legem hanc *fugitivam* esse, docet Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 6. Vid. et D'Arnaud. *Diss. de his qui pretii particip. causs. sese venund. pat. Cap.* 1.

(2) Jauchium refutavit Marckart. *Interpr. rec. lect.* II. 8. add. Sammet. *Opuscul. p.* 144. *seqq.* et Gluck. *hoc tit. p.* 211.

§. 1.

Etiam pignorationem recipere potest,] Id est, potest oppignorari. Alia quaestio, an non dominus possit oppignorare eodem modo, quo vendere (1).

(1) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 78. §. 9. Aliter Auctor, *Obs. Jur. Civ. loc. modo laud.* quem vide.

L. X.

Si debitor res suas duobus simul etc.] Vid. Merill. *Obs.* II. 29. Cujacius, *Obs.* V. 24. hanc Legem jungit cum *L. ult. de Salvian. interd.* Vid. et Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 58. *error.* 7. caute (1) et *Dec.* 59. *error.* 6.

Ita ut utrique (2) *in solidum obligatae essent*,.] Quod fieri posse, male negat, et haec Triboniano adscribit Fab. *d. loc. Dec.* 21. *error.* 9. Vid. Bachov. *de Pignorib.* III. 3.

Possidentis meliorem esse conditionem:] Male dissentit Groenew. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 725.

Per quam dimidiam *partis possessionem* etc.] An *dimidiae?* (3) Sed forte fuere creditores ejusdem summae. Conf. *L.* 16. §. 8. *h. t.*

(1) Conf. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* I. 14.
(2) Id est, singulis.
(3) Hal. *partem possessionis.*

L. XI.

§. 1.

Si ἀντίχρησις,] Rari usus hanc fuisse, et esse, notat Huber. *Eun. Rom. p.* 726.

Id est, mutuus pignoris usus pro credito.] Haec verba novi sunt Interpretis, non Ulpiani, nec in Flor. vel vett. editt. exstant (1). Salmasius, *de Mod. usur. Cap.* 14. *p.* 618. vertit *contrarium mutuum* (2). Male. Sed vir egregius passim, dum aliis insultat, ipse turpiter labitur. Ἀντίχρησις hic est *pactum ἀντιχρήσεως* (3). Nolim tamen negare, etiam in re non obligata (4) posse esse ἀντίχρησιν, quod et statuit Mevius, *Decis. Part.* VI. *Dec.* 266. *not.* 1.

Ita-

Itaque, si amiserit possessionem, solet *in factum actione uti.*] *Nam id tentari potest, hypothecariam creditori competere.* D. Goth. *in not.* add. Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Inst. de action.* qui et notat, ideo minus affirmari, quia non est pignus proprium, cum creditor eo utatur; et ob hoc dubium JCtum dicere, *solere* in factum agi, ait Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13. *Hypothecariam* tamen negant Basil. Schol. *ad h. l.* [*Tom.* IV. *p.* 49.] quia non est pignus, ſed tantum pignoris loco tenetur, et Vinn. *Sel. Quaest* II. 7. qui accipit de antichresi ſimplici, et in re non oppignorata (5) conſtituta. Vid. et Salmaſ. *de Mod. uſur. Cap.* 14. *p.* 625. *ſeq.* et Huber. *Eun. Rom. d. loc.* Cogitandum tamen ulterius, quod hic agatur de formula hypothecaria, ut et *L.* 33 *de pign. action* quae est ex hoc ipſo Libro. add. Bockelman. *de Actionib. p.* 94. — *In factum actionem Praetoriam* intelligit Merill. *Obſ.* VIII. 23. *Solet hac actione* legit Noodt. *Obſ.* II. 9. et *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Interim est unus* etc.

(1) Add. Schulting. *Theſ. Contr. Dec.* 79. §. 8. et Gluck. *tit. de pign. act. p.* 108. *not.* 11.
(2) Etiam Vinn. *Sel. Quaest. loc. laud.*
(3) Vid. Noodt. *Obſ.* II. 9.
(4) Exemplum est in *L.* 14. *Cod. de uſur.* Vid. Salmaſ. *loc. laud. p.* 625.
(5) Haud dubie locus hic intelligendus de antichresi *ſine pignore*, uti eum quoque intelligit Schulting. *Theſ. Contr. d. loc.* add. Westenberg. *Diſſ. de Cauſ. oblig. Diſſ.* V. *Cap.* 3. §. 4. *ſeqq.* et Gluck. *tit. de pign. act. p.* 108. *ſeqq.* ubi de hac lege late egit, et alios etiam auctores laudavit. Emendationem Noodtii rejicit quoque Pothier. *in not. ad h. l.* et Jenſius, *in Strictur ad Pand. p.* 139. *ſeq.* qui in verbis: *aut* ipſe *percipiendo*, malam deprehendit è Graeco verſionem.

§. 2.

Sive ille, qui ſolum uſumfructum habet?] Vid. *L.* 15. *pr. h. t.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 78. §. 7. et Noodt. *de Usufr.* I. 3. et *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Demonstrato* etc.

§. 3.

Jura praediorum urbanorum etc.] Torquet haec Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 13. *p.* 545. (1).

(1) Pro *nec convenire possint*, quod sequitur in Lege, Hal. habet: *nec conveniri potest.* Sed non opus. Vid. Gronov. *ad Liv.* XXVII. 15. citat. a Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XII.

Sed an viae, itineris, actus etc.] Merill. *Obs.* VI. 4. dicit, posse interdum *urbanas* etiam aliis prodesse; sed non esse *res mancipi*, ut *rusticas*, quae erant pretiosiores, et poterant mancipari, et fiduciari: quae mihi non placent. — Idem in *urbanis* admittit Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand. Vs. Demonstrato* etc. — De servitute non constituta, sed jure pignoris imponenda intelligit Vinnius, *Sel. Quaest.* I. 32. Alii aliter. Vid. quos citat Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14. (1). Vid. et Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 13. *p.* 546. *seq.* Sed nihil magni momenti habet.

Vendere eas vicino liceat?] Is enim pignoris usus est. *L.* 4. *de pign. act.*

Quae sententia propter utilitatem contrahentium admittenda est.] Non summo jure, ob *L.* 4. *de servitutib.*

(1) An *servitutes praediales* pignori dari possint, valde variant Interpp. Vid. praeter laudatos, etiam Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 78. §. 8. Voet. *ad Tit. Pand commun. praedior.* §. 8. Majans. *Disp.* IV. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa*, *p.* 54. Gluck. *tit. quae res pignori* etc. *p.* 206. *seqq.* et *tit. de pign. act. p.* 25. *not.* 73.

L. XIII. (1).

(1) Ad *pr. h. l.* vid. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Constituitur* etc. et Gluck. *hoc tit. p.* 228. *seq.*

§. 2.

Sed (1) *potest dubitari, num quid* creditori, etc.] Secundo.

Nummorum solutorum etc.] Primo. Ita Merill. *Obs.* VII. 35. quod tamen examinandum.

Et verum est, quod Pomponius etc.] Et Paulus *L.* 18. *pr. de pign. act.* (2).

(1) Novum hic incipere §., qui non debuit cum superiore connecti, recte monet Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. Tit. quae res pignor.* etc. *num.* 6. quid miror non esse observatum a Gluckio, *tit. de pign. act. p.* 60. *not.* 83. ubi de hoc loco egit, et quem etiam vid. *ibid. p.* 58. *not.* 79. de priore hujus §. parte. add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 78. §. 5.

(2) Quam etiam citat Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 141. qui duplicem casum fingit.

§. 4.

Quia suas conditiones *habet hypothecaria actio*,] Id est, exceptiones (1).

Id est, si soluta est pecunia, aut satisfactum etc.] Vid. *L. pen.* §. 1. *in fin. de exc. rei judic.*

(1) De verbis *judicatum debitorem fecerit*, quae praecedunt, vid. van de Water, *Obs. jur. Rom.* III. 2. in fin.

§. 5.

Ideoque arbitrio Judicis cautiones interponendae sunt: etc.] Ergo actiones *arbitrariae* etiam hic idem tribuunt, quod *bonae fidei. L.* 41. *de judic.*

L. XIV.

L. XIV. (1).

(1) Vid. de hac Lege Lud. Vital. *Lection. Variar.* II. 17. in Thes. Otton *Tom.* II. *p.* 680. *seq.* et Gluck. *hoc tit. p* 326. *not.* 87. quem etiam vid. *ibid. p.* 167. de §. 1. *h. l.*

L. XV.

Gajus Libro singul. de formula hypothecaria.] *Ad formulam hypothecariam* (1) alibi.

(1) Atque ita edidit Hal. Verba: *sive is qui usumfructum habet*, Majans. *Disp.* IV. §. 27. ex praecedentibus ita supplet: *convenerint similiter aut de perceptione, aut de his quae nascuntur.*

§. 1.

Quod dicitur, creditorem probare deberi, etc.] Quod exigitur, etiamsi creditor agat cum eo, qui rem a debitore emit. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 23. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 76. §. 3.

§. 2.

Ut sit hypothecae? Et solida etc.] Forte: *hypothecae: et* etc.

Cum a primo creditore fuerit liberata. An adhuc etc.] Lege: *liberata; an* etc. (1).

(1) Ita hunc locum interpungit Hal. et Charond. Vid. et Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 23.

L. XVI.

§. 1.

Voluntas autem fere *eorum* etc.] Forte *fere* etiam additum ob mulierem, quae pro se potest, non pro alio; et-

etsi id improbet Gloss. Merill. *Obs.* VII. 37. addi censet ob furiosos et prodigos, qui eo tempore nequeunt pignori dare; si tamen ab alio factum tum temporis, postea approbaverint, retrotrahitur ad initium.

§. 2.

Et horto facta.] D. Goth. *in not.* „*et horreo facta.* Hal." (1). Basil. κῆπος. [*Tom.* IV. *p.* 37.]

(1) Idem tamen in margine: *alias, horto.* Vid. Geb. *h.* Etiam in seqq. *Item si de loco convenit*, Graecos pro *loco* legisse videri *horto*, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 2.

§. 3.

An rem, de qua actum est, possideat is, cum quo actum est.] *An rem, de qua agitur, possideat is, cum quo agitur*, scribi debuisse, putat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 92. *error.* 9. notatus a Bachov. *ibid.* (1).

Si vero possideat, et aut pecuniam solvat, aut rem restituat, etc.] Vid. *L.* 12. §. 1. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* A Triboniano esse, et erronea, censet Faber, *d. loc.* contra quem vid. Bachov. *ibid.* *Aut rem.* Non rei pretium. Vid. Ant. Merend. *Controv.* XII. 38.

Si vero neutrum horum faciat, condemnatio sequitur:] In quid? Vid. *L.* 21. §. 3. *h. t.* (2).

Sed si velit restituere etc.] Totum hunc versiculum Triboniano adscribit Ant. Fab. *Conject.* XVI. 15. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 18. *error.* 1. et *Dec.* 92. *error.* 9. *et* 10. negatque, ulli, nisi domino, jus esse *in litem jurandi.* Vid. contra eum disputantem Bachov. *ad d Dec.* 92. *error* 10 et *de Actionib. Disp.* VII. *Thes.* 16. qui tamen valde fluctuat, nec rem bene expedit (3).

Summa autem ope nisus etc.] Haec Triboniani esse cum Fa-

Fabro, *d. Dec.* 92. *error.* 9. putat Bachov., non tamen damnat.

Nam si tanti condemnatus esset, etc.] Haec mihi suspecta. *Si tanti*, id est, non pluris.

(1) Verba *cum quo actum est*, Platner. *Exercit.* II. *ad Marcian. de Form. hypothec. p.* 39. accipit de solo debitore, cum quo pignoris obligatio intercessit. Sed vid. Gluck. *hoc. tit. p.* 319. *not.* 73.
(2) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 76. §. 4.
(3) Vid. et contra Fabrum Gluck. *d. loc. p.* 321. *not.* 77.

§. 4.

Interdum etiam de fructibus etc.] Et hunc §. Triboniano adscribit Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 93. *error.* 1. Frustra. Vid. Bachov. *ibid.* et *de Actionib. Disp.* III. *Thes.* 38.

Ex eo tempore etiam (1) *fructibus condemnet:*] D. Goth. *in not. non de consumtis* etc. Sed an non omnes post litem contestatam paris sunt conditionis?

Quid enim si minoris sit praedium, quam (2) *debetur?*] Idem etiam extra hunc casum obtinere, censet Bachov. *de Actionib. d. loc.*

Nisi exstent, et res non sufficit.] Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 15. et Bachov. *adv. Fab. Dec.* 93. *error.* 1. *num.* 6. *seqq.*

(1) Hal. inserit *de.* Vulg. *in.* Vid. Brencm. *h.* add. *de fructibus pignoris* notata superius ad *L.* 1. §. 2. *h. t.*
(2) Hal. et Vulg. inserunt *quod*, et pro *nisi exstent, et res non sufficit*, habent: *nisi res exstent.* Sed vid. Leonin. *Emend.* VII. 22.

§. 5.

Nam dominium ejus vindicare non potest.] Si iterum ad priorem possessorem pervenerit. Beyma, *ad h. l.*

Sed

Sed hypothecaria agere potest, etc.] Vid. Bachov. *adv. Fab. Dec.* 92. *error.* 10.

§. 6.

Si pluris (1) *condemnatus sit debitor* etc.]. Triboniano adscribit Faber, *Conject.* XVI. 14. Dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 727. *seq.*

(1) De *facto* scil. non de *jure*. Ita Pothier. *in not. ad h. l.* Sed vid. Gluck. *hoc tit. p.* 325. *not.* 81.

§. 8.

Si duo pariter de hypotheca paciscantur, etc.] Triboniano hunc §. adscribit Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 21. *error.* 9. Male. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 728. *seq.* et *ad Tit. Pand. qui potior. in pign.* §. 33. (1).

Sed uterque si cum possessore etc.] Haec Triboniano adscribit Bachov. *de Pignorib.* III. 3. Dissentit Huber. *Eun. Rom. p.* 730. nec ego caussam video. add. Bachov. *adv. Fab. Dec.* 86. *error.* 9. ubi et aliae quaestiones excutiuntur.

Quod erit dicendum, si eodem die etc.] *Etsi eodem die*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 86. *error.* 9. ubi de hoc §. Alii ita explicant (2), et sic Bachov. *adv. Fab. d. loc.* Non hic de *protopraxia* quaeritur; sed quomodo creditores contra possessores pignoris hypothecaeve agere debeant; et male hinc infertur, in quaestione prioritatis *horarum* rationem non haberi. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. qui potior. in pign.* §. 4. (3).

(1) Add. Gluck. *tit. qui potior. in pign. p.* 318. *not.* 86. et auctores ibi laud.

(2) Conf. notata superius ad *L.* 18. §. 1. *de judic.* et ad *L.* 5. §. 1. *ad L. Aquil.*

(3) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 81. §. 1. Pothier. *in not. ad h. l.* J. T. Wordenhoff. *de Concur-*

su

su et Collisione hyp. generalis et specialis, §. 17. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 739. *seq.*

§. 9.

Justo pretio tunc aestimandam.] Non video, cur hanc clausulam Triboniano adscribat Wissenbach. *in Embl. Tribon. p.* 46. (1) et alii, quos etiam sequitur Huber. *Eun. Rom. p.* 732. etsi non negem, id verum esse posse. Ant. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 21. *error.* 2. *num.* 4. hinc colligit, *Legem Commissoriam* jam tunc illicitam fuisse: quod tamen non sequitur, et mox aliud statuit. add. Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de Commiss. rescind.* [*Tom.* I. *p.* 293. *seq.*] (2).

Hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse venditio:] Triboniano adscribit Ant. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 21. *error.* 7. ubi multa non bona. *Quodammodo*, non revera; sed potius promissio de vendendo, et ideo non est opus definitione pretii (3). Frustra in hoc loco desudat Pinell. *ad rubr. Cod. de rescind. vend. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 26. qui tamen recte notat, hac de re non dubitatum ob *Legem Commissoriam*, quae jure Pand. fuit licita.

(1) Quem refutat Jo. Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 4. p. 283.
(2) Vid. et J. G. van Musschenbroeck. *de L. Commissor. in pign. Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 656. *seq.* et Gluck. *tit. de pign. act. p.* 97. *seq.* qui plures etiam alios citavit.
(3) Add. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 22. *p.* 224.

L. XVII.

Pignoris persecutio] Id est, allegatio juris (1). Jan a Costa, *ad* §. 7. *Inst. de action.* et *in Decretales tit. de alien. jud. mut. p.* 263. *Possessio* legit Cujac. *in Paratitl.* ad

ad tit. Cod. de alien. jud. mut. causs. (2). *Obligatio*, vel *conventio*, P. Faber, *Semestr.* II. *ult.* Dic: *persecutio* est jus persequendi (3), et nota *L.* 28. *de oblig. et action.*

In rem parit actionem etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 66. *pr. de eviction.* Merillius, *Obs.* IV. 24. putat, extra ordinem hanc actionem a Magistratibus et Praesidibus in Provinciis exercitam, ex *L.* 14. *Cod. de fidejussor.* quia hoc remedium a Praetore inventum: quod non probo.

(1) Sic etiam Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 76. §. 2.
(2) Quem refutavit Marckart. *Interpr. rec. lection.* I. 7. add. Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.
(3) Ita Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 13. add. Marckart. *d. loc.*

L. XVIII.

Paulus Lib. XIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. 4. 6. 10. 12. *de Public. in rem action.*

Si ab eo, qui Publiciana uti potuit,] Contra alium casu habili.

Sic tuetur me per Servianam Praetor, etc.] Hoc opus, quia res proprie non est in bonis debitoris. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 63. *error.* 6. Sed vid. *L.* 49. *de verb. signif. L.* 52. *de adq. rer. dom.* add. Bachov. *de Actionib. Disp.* III. *Thes.* 37. (1).

(1) Et Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Demonstrato* etc. Alium casum Basil. habere, in Corpore Latino omissum, notat Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 141. *seq.*

L. XIX.

Ulpianus Lib. XXI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 36. *de hered. instit.*

L. XXI.

Si inter colonum et procuratorem meum convenerit de pignore, etc.] Accursius capit de *dando*, non *accipiendo*, ne obstet *L.* 11. §. *pen. de pign. act.* (1). De quo dubito, et etiam ratio decidendi, quae mox sequitur, magis de invectis similibusque capienda videtur. Altera Accursii solutio non placet.

(1) Ad quam vid. notata.

§. 1.

Servianae *locus est*,] *Utili.*

Et si adv. eum agat creditor, doli replicatione exceptionem elidet:] Quod non fuit dominus. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 63. *error.* 7. ubi de hoc §. (1). Facit huc *L.* 41. *de pign. act.*

(1) De quo vid. et Gluck. *tit. de pign. act. p.* 28. *not.* 83.

§. 3.

Nam adv. debitorem non pluris, quam quanti debet,] Ita ex humanitate, *L.* 16. §. 6. *h. t.* et nota, quod ne quidem proponat contrariam opinionem, adeoque hoc sub Ulpiano jam fuit certum.

Adv. ceteros possessores etiam pluris, etc.] Quod non debetur ratione rei ipsius; sed interest creditoris ratione crediti. Vid. Chesf. *Differ. jur. Cap.* 75. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 844.]

L. XXII.

Sed utilis pigneratitia *dabitur creditori.*] De ea, quae ex contractu est, accipit Noodt. *de Form. emend. dol. mal. Cap.* 12. et *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Vix mihi tempero* etc. (1).

(1)

(1) Conf. notata superius ad L. 41. *de pign. act.* add. Reinold. *Varior. Cap.* 34.

L. XXIII.

Creditor praedia sibi obligata ex caussa pignoris locare (1) *recte poterit.*] Ratio in L. 3. §. 5. *de jur. fisc.* Gloss. *h. l.*

(1) Ita tamen, ut mercedes, quas consequetur, in debitum imputet; nisi non simplex pignus fuerit constitutum, sed antichresis. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Pignoris obligatio etiam inter absentes recte ex contractu *obligatur.*] *Ex conventione* dicere debuit. Noodt. *ad Lib. XX. Pand.* vs. *Non est Praetori satis*, etc. *Obligatur* pro *contrahitur* (1).

(1) Vid. Rygerbos. *Obs. jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 21. Defendit Vossius, *de Construct. Cap.* 22. add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* p. 331. et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XXIV.

Idem Lib. V. Regularum.] Junge L. 62. *de contrah. emt.* (1).

In quorum finibus emere quis prohibetur, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. *Tit. Cod. Theod. de iis, quae administr.* etc. [*Tom.* II. *p.* 665. *seqq.*] Lamprid. *in Alex. Sever. Cap.* 42. Trebell. Poll. *in Claud. Cap.* 14. *Emere*, et res possidere, quod tamen minus est, quam non habere rei commercium. Facit huc L. 40. *de Legat.* 1°. Forte non male casum ponimus in Metoecis ex L. 4. *Cod. de jur. fisc.* ubi vid. Cujac. et sic non obstat L. 1. §. 2. *quae res pign.*

(1) Ad quam vid. notata.

L. XXV.

Cum vitiose vel inutiliter contractus pignoris intercedat, etc.] In re forte exemta commercio, vel cum nihil debetur. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Non igitur* etc.

Nec si bona creditoris ad fiscum pertineant.] Κἂν ὁ δημόσιος τὸν δανειστὴν διαδέξηται, Basil. [*Tom.* IV. *p.* 40.] (1).

(1) Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 142. *seq. nec* verti debuisse putat *ne — quidem.* Sed vid. notata superius ad *L.* 9. §. 2. *de pignor. action.*

L. XXVI.

Fidejussor impetravit a Potestate, etc.] *A Principe* legit Cujac. *ad Libb. Modestin. Respons. in expl. h. l.* et *Obs.* XXVI. 22. (1). Sed pro Vulg. vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 13. (2).

Nec satisfecit:] Aliud si satisfecisset. Cujac. *Obs. d. loc.*

(1) Et Pothier, *in not. ad h. l.*
(2) Add. Otton. *de Aedilib. Colon. et Municip. Cap.* 12. *p.* 430.

§. 1.

Chirographum perscriberet sua manu filius ejus,] *Sejus* legit Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 26. *num.* 10.

Quod ipse impeditus *esset scribere*,] *Imperitus*, Augustin. *Emend.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1466.] quod non placet.

Nec metuiri *ex hoc solo*, etc.] *Nec metuerit*, Huber. *Eun. Rom. p.* 734. quod probo. Best. *d. Cap.* 26. *num.* 9. *nec metuere* pro *nec me metuere*, vel *nec me tueri ex hoc solum:* quae non placent. Augustin. *Emend.* II. 2. *nec metui.* (1).

Modestinus respondit, cum sua manu pignori domum suam futuram Sejus scripserat,] An, *scripserit.* (2).

Con-

Consensum ei obligationi dedisse etc.] D. Goth. *in not.* „ Imo contractui pignoris non obest etc." Sunt haec diversa. Vid. Huber. *d. loc.*

(1) Hal. *nec metuere debeat.* H. Cannegiet. *Obs. jur. Rom.* II. 8. *pr. nec metuere*, et ex praecedentibus subintelligit *possit*. Aliter Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis, p.* 304. qui legendum censet: *manifestum fieri*, vitium ortum putans ex Notis Veterum. Sed vid. Jo. Ruardi, *Spec. Critic. ad Nonnulla juris loca, Cap.* 2. Franeq. 1769. qui reponit: *neque teneri.* Sed Scaliger. *ad Catull. Epigr.* 77. *metuiri* dictum putat pro *metutum iri*, non improbante Dukero, *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 346. et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et Puttman. *Miscellan. p.* 308. *in not.* Vid. et Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *metuere.*
(2) Ita Hal.

§. 2.

Modestinus respondit, si neque pignorata sunt ipsa mancipia,] D. Goth. *in not.* „ Hinc collige, defunctum „ res heredis pignorare posse." Vid. ad *L.* 29. *pr. et* §. 1. *h. t.*

L. XXVII.

Servum, quem quis pignori dederat, etc.] Vid. Bachov. *de Pignorib.* V. 2. *num.* 6. (1).

Quia crediti ipsius actio non sufficit etc.] Idem erit, si obligatio principalis sit tantum naturalis: pone v. c. casum ex *L.* 4. *Cod. de usur.* in quo idem erit, ut et *L.* 30. §. 1. *ad L. Aquil.* ubi alius.

Quasi damni injuriae *dabimus actionem* etc.] *In factum*, *L.* 17. *pr. ad L. Aquil.*

Fingamus nullam crediti nomine actionem esse, quia forte caussa ceciderat:] Sed hoc casu pignus tollitur. *L.* 13. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Resp. Ibi, caussa cognita; hic; quod male egit. Vid. Bachov. *d. loc.*

Non existimo indignam rem animadversione, et auxilio Praetoris.] Ut actionem decernat creditori.

Si merentem,] Jam dictum est, id ex levissima offensa factum.

(1) Add. Gluck. *tit. de pign. action. p.* 137. *seq.* — In *seq. L.* 28. post τὰ *legati conditionalis* Hal. et ceteri inserunt *nomine*, Sed vid. Brencm. *h.* et notata superius ad *L.* 34. §. 7. *de jurejur.*

L. XXIX.

Paulus respondit, generalem quidem conventionem sufficere etc.] D. Goth. *not.* 53. *in fin.* „ Alii putant, heredem adeundo pignus rerum suarum a defuncto contractum confirmare, quod est verius etc." Ego potius cum Cyno et Saliceto contrarium probo: pro quibus facit *L.* 1. *pr. h. t.* quam tamen non allegant.

Sed postea ab herede ejus ex alia caussa adquisita sunt,] Vid. *L.* 26. §. 2. *h. t.* Fab. *in Cod.* VII. 30. *Def.* 15. *not.* 2. Sand. *Decis.* III. 12. *Def.* 17. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 28. *Def.* 10.

§. 1.

Ita procedit, si dominium eorum ad eum pervenit, etc.] Facit huc *L.* 1. §. 2. *h. t.*

Ceterum si (1) *apud alium dominum pepererint*, etc.] D. Goth. *in not.* „ et conceperint." Sic non obstat *L.* 18. §. 2. *de pign. act.* (2). Bachov. *de Pignorib.* II. 10. *num.* 3 *et* 4.

Non erunt obligata.] Nisi hoc convenerit. Paul. *in Sent.* II. 5. §. 2. ibiq. Cujac. (3) add. Idem *in Paratitl. ad tit. Cod. de partu pign.*

(1) Τὸ *si apud* Hal. abest, ut et sequens *pepererint*. Vid. Brencm. *h.*

(2) Vid. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit.* quae

quae res pign. etc. *num.* 14. add. notata superius ad *d. l.* 18.

(5) Vid. et Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 79. §. 6. et Gluck. *hoc tit. p.* 350. *seq.*

§. 2.

Et ideo jus soli superficiem secutam videri, id est (1), *cum jure pignoris:*] Vid. Sande, *Decis.* III. 12. *Def.* 12. et late Mev. *Decis. Part.* V. *Dec.* 396.

Sed bona fide (2) *possessores non aliter cogendos* etc.] Vid. D. Goth. *not.* 68. *et* 70. add. Cujac. *Tract.* IX. *ad African. in expl. L.* 44. *de damno infect.* Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 19. *not.* 1. (3). Aliter alii, putantes agi in *d. L.* 44. de malae fidei possessore, quos secuta Curia Sabaudiae, teste Fabro, *d. loc.*

Quam sumtus in exstructione (4) *erogatos,* etc. *recipe-rent.*] Non etiam, ut oblato, quanti res sine melioratione esset, eam dimitterent. Matth. *de Auctionib.* L. 21. *num.* 6.

(1) Hal. verba: *id est, cum jure pignoris*, parenthesi includit, et in margine addit: *haec alias desunt.* Vid. Geb. *h.*
(2) Hal. et Vulg. *bonae fidei.* Vid. Brencm. *h.*
(3) Et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 16.
(4) Hal. et Vulg. *exstructionem.* Sed vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3.

§. 3.

Ipsum quoque, qui cavit, obligatum esse pignoris jure.] D. Goth. *in not.* „ Hinc collige, generali sermone personam loquentis contineri. etc." Leges citatae contrarium docent; sed ratio forte est, quia vox servi hic est tanquam vox domini. Placet et illud Saliceti, servum hic non considerari in obligatione ut personam, sed rem quamdam.

L. XXX.

Periculum pignorum etc.] Quod sint idonea. Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. Resp. in expl. h. l.* add. *L.* 6. *de hered. vel act. vend.* Facit huc *L.* 74. *in fin. de evictión.*

Si tamen probetur, eas res obligatas fuisse.] Et ergo in dominio, vel bonis debitoris. Facit huc *L.* 4. *de hered. vel act. vend.* D. Goth. *in not.* „ Pignus vendens cre- „ ditor etc." Ἀπροσδιόνυσος: nec enim hic agitur de pignore a creditore vendito, sed de nomine et jure hypothecae.

L. XXXI.

Respondit, si pecunia intercessit (1), *pignus esse.*] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 63. *error.* 8. (2).

Respondit, si, ut proponeretur, vectigali non soluto, jure suo dominus usus esset, etiam pignoris jus evanuisse.] Vid. D. Goth. *not.* 89. add. Bachov. *de Pignorib.* V. 13. *num.* 5. Fab. *in Cod.* IV. 43. *Def.* 61. Buf. *ad h. l.* (3).

(1) Hal. *intercessisset*, et pro *respondit* utroque loco *respondi*. Vid. Corp. Jur. Geb. et Spang.
(2) Add. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Igitur pignus* etc.
(3) Vid. et Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 82. §. 6. et Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* in fin.

L. XXXII.

Ibi nata, paratave essent,] *Satave*, Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 21. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 490.] Male. (1).

(1) Add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 2. et Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 8. §. 9 *p.* 403. Hal. *ortave*, et in margine: *alias partave.* Sic Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XXXIII.

Sed pignus ei datum, et ante solutionem recipit.] D. Goth.

Goth. *in not.* „ Imo non recipit: nam inutiliter promis-„ sa, pignore accepto, retentione servamus. *L.* 4. *Cod.* „ *de usur.*" Modo sint naturaliter debita; sed *adjecto* non debentur (1).

(1) Add. Gluck. *tit. de pign. act. p.* 42. *not.* 32.

L. XXXIV.

Respondit, ea, quae mortis tempore debitoris in taberna inventa sunt, etc.] Vid Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 23. *Def.* 13. et Bachov. *de Actionib. Disp.* III. *Thes.* 33. (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 75. §. 9.

§. 1.

Sed pignus *a me acciperes:*] *Hypothecam.* (1).

(1) Versio Latina a Cod. Flor. abest. Sequentem §. 2. explicuit Baumbach, *im Archiv. für die Civilistische praxis, von Gensler, etc.* 4. *B.* 1. *H. p.* 31. *seqq.* et 3. *H. p.* 418. *seqq.* — De seq. *L.* 35. egit Rygerbos. *Obs. jur. Rom. Cap.* 16. *p.* 125. Pro *a debitore suo* Hal. et Vulg. habent: *a debitore tuo.* Vid. Brencm. *h.*

TITULUS II.

IN QUIBUS CAUSIS PIGNUS, VEL HYPOTHECA TACITE CONTRAHITUR.

Hotomannus *pignus vel* vult esse a Triboniano. Contra, Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 13. *p.* 533. *τὰ vel hypotheca.* Ego neutrum.

L. I. (1).

Ob restitutionem aedificii exstruendi] Idem non est cautum de pecunia in refectionem data (2): valde enim haec differunt. Vid. *L.* 58. *et L.* 61. *de Legat.* 1°. et Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* Interpretes haec confundunt, in quibus etiam est Bachov. *de Actionib. Disp.* III. *Thes.* 34. In his tamen materiis talia non videntur commiscenda. Facit huc Merill. *Var. ex Cujac.* II. 15. *in fin.*

(1) *Dissertationem ad hanc Legem* conscripsit Jo. de Back. *in Thes. Diss. Jurid.* Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 65. *seqq.* Alios etiam, qui de hac Lege consuli merentur, laudavit Gluck. *hoc tit. p.* 3. qui ipse *ibid.* plura ad eandem Legem commentatus est.

(2) Vid. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 76. §. 7. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Ab hoc initio* etc. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *d. loc. p.* 24. *seqq.* — In seq. *L.* 2. pro *quo nomine* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 3. ope geminationis legit: *quoquo nomine.* Forte non necesse. Vid. Gluck. *d. loc. p.* 419. *not.* 99.

L. III.

Si horreum *fuit conductum*,] Nobis *een pakhuis*, aliter est pars fundi. *L.* 211. *de verb. signif.* add. Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 12. *num.* 2. (1).

Vel area,] Vid. *d. L.* 211. et Cujac. *Obs.* IX. 8. *Locus purus in urbe*, Varro, *de Ling. Latin. p.* 11. (2).

(1) Sequitur: *vel diversorium.* Flor. *divorsorium.* Vid. Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. notata superius ad *L.* 6. *naut. caup. stab.*

(2) Praedia *rustica* et *urbana* paulo aliter hic distinguuntur, quam in Capite *de servitutibus.* Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 410. *seq.* et auctores ibi laudatos.

L. IV.

L. IV.

Quasi id tacite convenerit.] Vid. *L.* 11. §. 5. *de pign. action.* (1).

In rusticis praediis contra observatur.] Vid. *L.* 61. §. 8. *de furt.* (2).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 76. §. 9. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 2. vs. *Alterum* etc. Gluck. *hoc tit. p.* 407. *seqq.* qui *ibid. p.* 415. *seqq.* late disquirit, quaenam res appellatione *invectorum* et *illatorum* sint intelligendae.

(2) Add. Schulting. *d. loc. Dec.* 77. §. 1. Vid. et Puttman. *Adversar. jur.* II. 6. De *stabulis*, quorum mentio fit in seq. §. 1., vid. Gluck. *d. loc. p.* 411. *seq.*

L. V. (1).

(1) Quod in *pr. h. l.* dicitur: *si gratuitam habitationem conductor mihi praestiterit, invecta* etc. *pignori non esse*, forte ita accipiendum, ut, quamvis teneri tunc nequeant pro mercede, teneantur tamen pro deteriorate, arg. *L.* 2. *h. t.* add. notata superius ad *L.* 11. §. 5. *de pign. act.* Aliter Gluck. *hoc tit. p.* 414.

§. 2.

Si quis fidejubeat etc.] Vid. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Non est Praetori satis* etc.

Sane si postea sint ejus res hypothecae datae, etc.] Hic enim non est locus praesumto mandato, vel praesumtae ratihabitioni. Haec autem Legis pars potius agit de conventionali pignore. Vid. Baehov. *de Pignorib.* L. 13. *num.* 4.

L. VI.

Ait enim, manumissioni non officere ob habitationem obligatum.] Pro *obligationem.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 77. §. 9. Verbis,

bis, quae praecedunt: *certe libertati hujusmodi* etc. Hal. et Vulg. praefigunt *tamen*. Sed non opus. Vid. Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et notata superius ad *L.* 55. *de judic.*

L. VII.

In praediis rusticis fructus, etc.] Quorum distractio conductori non facile impedienda per locatorem. Vid. Mev. *Part.* VII. *Dec.* 342.

Tacite intelliguntur (1) *pignori esse* (2) *domino fundi* etc.] Cui in his locum ante omnes quidam deferunt. Vid. Mev. *Part.* VIII. *Dec.* 150.

(1) Flor. *intelleguntur*. Vid notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

(2) Non tamen *actione Serviana* peti possunt, sed *quasi Serviana*. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 77. §. 2.

§. 1.

Videndum est, ne non omnia illata etc.] In praedium urbanum. Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 12. *num.* 5. (1).

(1) Qui putat, hunc §. non cohaerere cum *pr.* Alii, et ut videtur rectius, intelligunt hunc §. de pignore expresso. Vid Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 2. vs. *Alterum* etc. et Gluck. *hoc tit. p.* 416. *not.* 94. Utrumque probat Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.*

L. VIII.

Cum debitor gratuita pecunia utatur, etc.] D. Goth. *in not.* „*Non gratuita*, Hotom. etc." et Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 14. *p.* 623 non reluctante Vinnio, *Sel. Quaest.* II. 7. Aliter Salmas. *de Usur. Cap.* 10. *p.* 271. (1).

Potest creditor de fructibus etc.] Quasi ex tacita conventione, Huber. *Eun. Rom. p.* 735. post Cujacium. add. Noodt. *de Foen. et usur.* II. 9. (2).

Ad

Ad modum legitimum] Qui olim erat *centeſimae*. Paul. *in Sent*. II. 14. Itaque non eſt hic agnoſcenda manus Triboniani. Vid. Huber. *d. loc*.

(1) Florentinam confirmant Baſil. *Tom*. IV. *p*. 50. quod et notat Brencm. *h*. add. Gluck. *tit*. *de pign*. *act*. *p*. 52.

(2) Vid. et Schulting. *Theſ*. *Controv*. *Dec*. 79. §. 9. et *ad Paul. Sent*. II. 13. *not*. ☆. Ceterum, de quaeſtione, ſitne ἀντίχρησις *tacita*? late egit, pluribus etiam in utramque partem citatis auctoribus, Gluck. *tit*. *de pign*. *act*. *p* 50. *ſeqq*. et *p*. 115. *ſeq*. qui ipſe negantium partes tuetur. Omnia certe pendent ab intellectu hujus *L*. 8., qua ſi non agatur de antichreſi tacita, nullus alius locus eſt, ubi de ea ſermo ſit.

L. IX.

Quae ex conventione manifestarii (1) *pignoris* etc.] Ex conventione manifeſtaria, et ſpeciali, Faber, *de Errorib*. *Pragm*. *Dec*. 61. *error*. 6.

Inhabitantes (2) *autem, manumittimus: ſcil*. *antequam penſionis nomine percludamur* (3):] Aliquando et januae ablatae hoc caſu, et tegulae revulſae. Vid. Merill. *Obſ*. III. 5. (4).

Et deriſus Nerva (5) *JCtus, qui per feneſtram* etc.] Vid. Merill. *d. loc*.

(1) Hal. *manifestaria*. Vulg. *manifesta*, et ſic etiam Cod. Pand. Erlang., teste Gluckio, *h. t. p*. 423. *not*. 6. Sed Florentinam ſervant Rusſard. Charond. aliique. *Manifestarii pignoris*, id eſt, *expreſſi*, Cujac. *Obſ*. XVII. 39. et Pothier. *in not*. *ad h. l*. *Specialis*, D. Goth. *in not*. *ad h. l*. et De La Rue, *Amoen*. *Jur*. *Obſ*. *Dec*. I. *Cap*. 5. in Theſ. Otton. *Tom*. V. *p*. 1495.

(2) *Inhabitantia*, De la Rue, *d. loc*. *Cap*. 10. *p*. 1502. quia praecedit *mancipia*. Nic. Catharin. *Obſ*. IV. 50. in Theſ. Meerman *Tom*. VI *p*. 799. locum hunc ita emendat: *Inhabitantes autem manumittimus, antequam*

quam pensionis nomine percludantur: tunc enim pensionis nomine retenta etc.

(3) Vulg. *praecludantur.* Hal. *praecludamur*, quod praefert Duk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

(4) Vid. de hoc more etiam Cujac. *loc. modo cit.* Pothier. *in not. ad h. l.* Majanf. *Disp.* X. §. 4. *p.* 171. Gluck. *hoc tit. p.* 424. *not.* 7.

(5) Id est, Nerva pater, De la Rue, *d. Cap.* 5. Conf. Bach. *Histor. Jur.* III. 1. *Sect.* 5. §. 14. *in not.* *Per fenestram* Raevard. *Conj.* III. 5. interpretatur *obiter, in transitu.* Sed vid. van de Water, *Obs. jur. Rom.* I. 4. in fin. add. Heinecc. *ad Brisson. de verb. sign.* in voc.

L. X.

Quaesitum est, an in veterem contractum etc.] Id est, *quasi contractum*, fcil. *tutelae.* Vid. Glosf. *h.* et Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* I. *Disp.* 1. *Thes.* 4. *Lit. g. p.* 23. Facit huc Donell. *in Comm. Jur. Civ.* XV. 14. ibiq. Hilliger.

Respondit, secundum ea, quae proponerentur, obligatam esse.] Hinc Huber. *Eun. Rom. p.* 737. colligit, creditori perfonali hypothecam pro transaetione datam etiam ad prius debitum extendi. De quo cogitandum. Scaevola id non dicit in genere, fed ex circumstantiis rei gestae collegit, id actum esse: ait enim *secundum ea, quae proponerentur.* add. Schol. Bafilic. *Tom.* IV. *p.* 53. Vid. tamen Averan. *Interpr. jur.* II. 12. §. 21. (1).

(1) Vid. et Pothier. *in not. ad h. l.*

TITULUS III.

QUAE RES PIGNORI, VEL HYPOTHECAE DATAE OBLIGARI NON POSSUNT.

Vid. Bachov. *de Pignorib.* II. 2. *et seqq.*

L. I.

L. I.

§. 2.

Quin commercium ejus non est,] Non, qui tantum prohibentur emere. *L.* 24. *de pignorib. et hyp.* vel possidere. *L.* 40. *de legat.* 1°. Vid. D. Goth. *in not.* et notata superius ad *d. L.* 24.

Quid ergo si praedium quis litigiosum etc.]. D. Goth. *in not.* „ *Litigiosa* res, sive immobilis, sive mobilis sit, „ pignori accipi non potest." De *immobili* nihil in Lege, et de *mobili* nominatim tantum Basil. [*Tom.* IV. *p.* 53.] Ratio differentiae, quia res *mobilis* facile potest subduci, et quamvis dominus sit, qui dedit pignori, potest tamen vinci. Vid. Bachov. *loc. mox cit.* et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 23. *error.* 1. *num.* 11. (1). Pergit Goth. „ nisi in iis caussis etc. atque ita huic Legi „ concilianda *L.* 18. *de reivind.*" Sed ibi usucapio erat impleta, et dominium quaesitum possessori. Hic ponimus casum, quo ipse dominus, de re conventus, eam obligavit. Vid. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* I. *Disp.* 1. *Thes.* 5. *Lit. h. p.* 30. *seq.* (2).

(1) Alii aliter. Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 204. *seqq.*
(2) Cum D. Goth. facit Pothier. *in not. ad h. l.*

L. III.

Paulus Lib. III. *Quaestionum.*] Haec Lex magis pertinet ad Titulum sequentem. Vid. D. Goth. *not.* 30. Vid. de hac Lege Fab. *in Cod.* VIII. 9. (1).

Non aliter in jus pignoris succedet, nisi convenerit, etc.] Cum nempe solvens non fuit creditor hypothecarius: aliter id indistincte fit. add. *L.* 3. *L. ult. Cod. de priv. fisc. L.* 1. *et* 3. *Cod. de his qui in prior. cred.* etc. *L.* 22. *Cod. de pign. et hyp.* Vid. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 87. *seqq.* (2).

Quo

Quo casu emtoris *caussa melior efficietur.*] Qui rem emit, ut ea pecunia prior creditor dimitteretur. Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.*

Sed cum hoc ageretur, ne possset vendere: *videamus, an dici possit, huc usque* (3) *transire ad eum jus prioris* (4), *ut distrahere pignus huic* (5) *liceat?*]. Non obstante pacto, nec observata *L. 4. de pign. act.*

(1) Et Gluck. *tit. qui pot. in pign. p.* 369. *seq.*
(2) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 81. §. 6.
(3) Taurell. *hOc usque.*
(4) Vulg. *pignoris.* Vid. Brencm. *h.*
(5) Hal. *ei.* Vid. D. Goth. *in not.* qui etiam notat pro *petere* in fin. Leg. Al. legere *habere:* de quo vid. Brencm. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. IV.

Et quasdam res hypothecae nomine dare destinavit:] Idem, si obligavit. *L.* 1. §. 1. *tit. seq. L.* 11. *pr. eod.*

Respondit, cum in potestate fuerit debitoris, etc.] Vid. *d. L.* 1. §. 1.

L. V.

Creditor, qui sciens etc. relegatur.] Add. *Nov.* 134. *Cap.* 7. (1). D. Goth. *in not.* „ Paul. *Sent.* V. 1. §. 1. „ scripsit *deportari* etc. ea res fecit, ut Cujac. *ad Paul.* „ *Sent.* V. 25. §. 8. hic legendum moneat *deportatur.*" Imo dicat tantum, sic legisse Tribonianum (2).

(1) Et Gluck. *hoc tit. p.* 203. *seq.*
(2) Ita *in not. ad priorem Paul. locum*; sed *in not. ad alterum locum Paul.* pro *relegatur* legendum censet *deportatur.* Gluck. *d. loc.* poenam *deportationis* putat dein in mitiorem, scil. *relegationis*, esse mutatam.

TITULUS IV.

QUI POTIORES IN PIGNORE, VEL HYPOTHECA HABEANTUR, ET DE HIS, QUI IN PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT.

In priorum creditorum locum] Et privilegium. Vid. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 89.

L. I.

Qui dotem pro muliere etc.] Vid. de hac Lege Merend. *Contr. Jur.* VI. 35.

Sed dies contractae obligationis:] Vid. Averan. *Interp. jur.* II. 12. §. 9. *seqq.*

Nec probe (1) *dici*, etc.] D. Goth. *not.* 10. „Imo, „probe dici potest, etc." Sed vid. seq. *not.* 12.

(1) Apud Hal. *probe* abest, et post *dici* Hal. et Vulg. addunt: *potest.* Vid. Corp. Jur. Geb. et Spang. Sed Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 3. legit: *nec probo, dici in potestate ejus esse.* etc. add. de hoc loco, et seq. §. 1. Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 2 et 3.

L. II.

Eo potior est, cui postea praedium etc.] Add. Huber. *Eun. Rom. p.* 738. (1). Secus tamen volunt, si rem certam debitoris elegerit, petendo exsequtionem. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 23. *Def.* 30. Sed vid. Mev. *Decis. Part.* VII. *Dec.* 183.

Quod si ea conventio prioris fuit, ut ita demum cetera bona etc.] Sic et Basil. [*Tom.* IV. *p.* 58.] D. Goth. *in not.* „Ant. Faber, *Conj.* VI. 16. legendum putat *cer-*

„ *ta.*" (2). Male. Vid. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 24. *Thes.* 6. *Lit. e. p.* 590. *seq.*

Si pecunia de his, quae generaliter *accepit*, etc.] Sic et Basil. D. Goth. *in not.* „ Cujacius tamen legit *specia-* „ *liter*, *Obs.* XI. 32." Probante Ant. Matth. *de Auctio-nib.* I. 19. *num.* 78. quem vide, et omnino Sande, *Decis.* III. 12. *Def.* 26. qui plures citat, et sic Huber. *Eun. Rom. p.* 739. add. Bachov. *ad Treutl. d. loc. p.* 591. (3).

(1) Add. Otto, *in Papin. p.* 290.
(2) *Certa* in contextum recepit Pothier., qui tamen fallitur, putans, etiam Basilic. ita habere. Praeter citatos etiam de hoc loco egerunt Voorda, *Interpr.* II. 15. I. T. Wordenhoff. *de Concursu et Collis. hyp. general. et special.* §. 8. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 710. *seqq.* Gluck. *tit. de pign. et hyp. p.* 239. *seqq.* qui etiam alios laudat.
(3) Et Otto, *d. loc. p.* 291.

L. III.

Creditor acceptis pignoribus etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* qui melius, quam Gothofredus, hanc Legem explicuit (1).

Novatione postea facta] Non idem in *delegatione.* Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 19. *et* 24.

Pignora prioribus (2) *addidit:*] Forte de novo etiam datis pecuniis. Vid. Cujac. *d. loc.*

Tanquam in suum locum succedenti.] In id, quod jam primum debebatur. Vid. Matth. *de Auctionib.* I. 21. *num.* 24. et *L.* 12. §. 5. *h. t.*

(1) Speciem Legis proponit quoque Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Vulg. *pignoribus.* Vid. Brencm. *h.* Similis confusio in *L.* 3. *tit. praec.*

§. 1.

§. 1.

Priusquam ei possessio traderetur, id pignori dedit:] Id est, obligavit nuda conventione. Vid. Cujac. *loc. modo cit.* (1).

Prioris caussam esse potiorem etc.] Vid. *L.* 12. §. *ult. h. t.*

Si non creditor secundus pretium ei, qui negotium gesserat, solvisset:] Vid. *L.* 7. *Cod. h. t.*

(1) Add. Gluck. *hos tit. p.* 356. *seq.* Praecedit in Lege: *cui negotium fuerat gestum.* Hal. et Vulg. *cujus negotium* etc. Sed vid. Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 9. *p.* 59.

§. 2.

Ex divisione quaesitae partis partem dimidiam *alter distraheret.*] Quae non erat obligata primo creditori, sed tenebantur utriusque partis pars dimidia pro indiviso: ergo illam partem obligavit fratri, quam ab illo accepit, uti contra alterius partis pars dimidia creditori tenebatur. *L.* 7. §. *ult. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* (1).

Pignus intelligi contractum etc.] Id est, pignus praesumitur ex permissione vendendi. Fab. *in Cod.* VIII. 7. *Def.* 7. Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Postquam de actione hyp.* etc.

Quam ultra partem suam etc.] In illa dimidia parte.

(1) Speciem Legis proponit quoque Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. et Jens. *in Strictur. ad Pand. p* 143. *seq.* et Gluck. *tit. quae res pignori etc. p.* 220. *seq.*

L. IV.

Rem aliam priori creditori vendiderat,] An, *vendiderit?* (1).

(1) Sic Hal. Vid. Brencm. *h.* qui id recipiendum censet.

L. V.

Veluti si navis fuit obligata,] Scil. expresse. Vid. Sande, *Decis.* III. 12. *Def.* 5. *seqq.* (1). D. Goth. *in not.* „ Navis aedificatori *privilegium* datur etc." Aliud hoc ab hypotheca, et privilegio inter creditores hypothecarios.

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 76. §. 8. et Pothier. *in not. ad h. l.* An is, qui credidit in navem reficiendam pignus tacitum habeat, late disquirit Gluck. *tit. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr. p.* 39. *seqq.* citatis in utramque partem auctoribus. Sequitur in Lege: *et ad armandam eam rem.* Apud Hal. et Vulg. omnes *rem* abest, etiam Flor. haec vox subantique uncis inclusa. Sed vid. Brencm. et Duk. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et auctores ibi laud.

L. VI.

Hujus enim pecunia salvam fecit totius pignoris caussam:] Multo magis id fiet, si quis impensa sua dederit pignori caussam. Exemplum est apud Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 7. (1).

(1) Sequitur in §. 1. *Item si quis in merces* sibi *obligatas crediderit.* Apud Hal. *sibi* abest. Sed Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 4. legit *tibi*, et in seqq. pro *licet posterior sit*, *licet te posterior* etc. nec non pro *naulum potentius est*, *naulum potentius jus* etc. ope geminationis.

L. VII.

Idemque est, si ex nummis pupilli fuerit res comparata.] Vid. *L.* 3. *pr. de reb. eor. qui sub. tut. vel cur. sunt.* etc. et Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 28. *Def.* 109. (1).

(1) Latius Gluck. *tit. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr. p.* 47. *seqq.*

§. 1.

§. 1.

Putat Marcellus, concurrere *utrumque creditorem et* (1) *in pignore.*] Add. Bachov. *de Pignorib.* IV. 6. Alii aliter (2). D. Goth. *in not.* „Imo, non concurrunt. „*L.* 2. *h. t.* Non concurrunt, si diversis temporibus „res fuerint eis obligatae, etc. et ita rejecta secunda opi„nione Accursii, tenet Bartol. etc." At hanc solutionem improbat Salicet. *h.* et alioqui res foret certa. Nec tamen etiam satisfacit secunda solutio Accursii, nec etiam Bachovii opinio, quae pugnare videtur cum *d. L.* 2. *h. t.* et *L.* 3. §. 1. et *L. ult. eod.* Videndum ergo, an Accursii prima solutio non possit ferri, et dubitandi ratio desumi ex diversitate pignorum, vel quod nummis primi res forte est emta (3).

Quippe cum res ex nummis pigneratis emta, non (4) *sit pignorata* etc.] Et contra nummi, ex re pignerata redacti, non succedunt in locum rei. *L.* 12. §. 5. *h. t.* Vid. tamen exceptionem apud Sand. *Decis.* III. 12. *Def.* 28.

Quod pecunia pignerata erat.] Dum fuit penes debitorem. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 24. *Thes.* 6. *Lit. f. p.* 597. Vide tamen, an non etiam, si exstat alibi in eadem specie.

(1) Apud Hal. et Vulg. *et* abest. Vid. Geb. *h.*
(2) Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 231. *not.* 18.
(3) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.*
(4) Hal. *nunc sit*, addit tamen in margine: *aliqs, non.* Vid. Geb. *h.*

L. IX.

Licet enim eo tempore homo pignori datus esset, quo nondum quicquam etc.] Facit huc *L.* 12. §. 2. *h. t.* (1).

(1) Incipit Lex: *qui balneum ex Kalendis* proximis etc.

Id est, *Juliis.* Ant. Augustin. *Emend.* IV. 14. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1547. add. D. Goth. *in not.*

§. 1.

Amplius etiam, etc.] Hic enim major dubitandi ratio; nec enim hic est debitum, cum id sit, quando quis in diem debet.

Si modo non ea conditio sit, quae invito debitore impleri non possit.] Quo refertur et illa, *nisi intra triennium solvam*, Vid. omnino Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 1. Id quoque habet locum in hypothecis tacitis, ut pro legatis. Vid. Merend. *Contr. jur.* IX. 49.

§. 2.

Sed et si heres etc.] Et hic extensio: nam Legatarius hic nondum est debitor, etsi is sit creditor conditionalis. Vid. Cujac. *Tractat.* VIII. *ad African. in expl. h. l.*

De pignore rei suae convenisset,] Occasione cautionis de Legato conditionali. Averan. *Interpr. jur.* II. 12. *num.* 13. *et* 14. (1).

(1) Add. Idem, *ibid.* III. 9. *num.* 13. *seq.*

§. 3.

Titia praedium alienum etc.] Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 740. *seq.* contra Autumnum, et Groenewegium. Fr. Mars. Gordon. *Praetermiss. Cap. ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 889.] putat pugnare cum *L.* 7. §. *ult. h. t.* Frustra. Vid. et Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 31. [in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 49.] (1).

Haec tamen ita, si bona fide etc.] Triboniano adscribit Ant. Merend. *Contr. jur.* IX. 39.

(1) Add. Gluck. *tit. de pign. et hyp. p.* 201. *seq.*

L. X.

Et pignus in caussa iudicati etc. *captum est,*] Idque rite. Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 2.

Privilegiis temporis fore potiorem (1) *heredem ejus, in cujus persona* etc.] Vid. Maynard. *Decis. Tholos.* II. *Dec.* 64. et Os. Aurel. *Dispunct.* 48. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 800. *d.*] D. Goth. *in not.* „ Hanc sententiam Forner. „ *Select.* II 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 53.] huic „ Legi attribuit etc. " Probante Fabro, *de Errorib. Pragm. Dec.* 56. *error.* 8. Sed minus bene ipsam referente. Pergit Goth. „ Sed Cujac. *Obs.* IX. 37. ait, etc." Probante Fabro, *in Cod.* VIII. 12. *Def.* 1. *not.* 2. Quid, si agatur inter creditores ratione pignoris Praetorii et Judicialis? Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 21.

(1) Locum hunc in Basilic. *Tom.* IV. *p.* 60. perperam *negative* a Fabrot. versum esse, monet Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 4. Vid. et de hac Lege Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 145.

L. XI.

Poterat enim, etc. *non accipere ab eo pecuniam.*] Vid. *L.* 1. §. 1. *h. t.* ibiq. Goth. Hic verbum *posse* debet accipi *honeste.* Vid. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 71.

§. 1.

Cum enim semel conditio exstitit, perinde habetur, ac si illo tempore, etc.] Modo non fuerit in potestate debitoris. *L.* 9. §. 1. *h. t.* add. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 67. D. Goth. *in not.* „ Conditio existens retrotrahitur ad tempus contractus. " Etiam in praejudicium tertii. Vid. Matth. *d. loc.* II. 4. *num.* 30. (1).

(1) Ad seq. §. 2. vid. Gluck. *tit. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr. p.* 420. *seq.*

§. 3.

Et in fructibus? si convenit, etc.] Lege: *et in fructibus*, *si* etc. (1).

Vel jus utendi fruendi conventionis *tempore fuerit debitoris.*]; Vid. *L.* 1. §. 2. *h. t.*

(1) Ita hic locus interpungitur in edit. Pand. Taurell., et aliis etiam editt.

§. 4.

Si paratus est posterior creditor etc.] D. Goth. *in not.* „Subintellige: *possidens pignus.*" Rectius, *hypothecarius.*

Et dicimus, priori creditori inutilem esse actionem, cum etc.] Facit huc *L.* 12. *in fin. quib. mod. pign. vel hyp. solv.*

L. XII.

Hic in modum supra relatum replicabit.] D. Goth. *in not.* „Subintellige: *de* proprietate *suae obligationis.*" Lege: *prioritate.*

§. 2.

Unde si in diem de hypotheca convenit,] Primus scil.

§. 4.

Secundus potior erit;] Id liquidum. Sed, an non iterum post secundum admittendus sit, non decidit JCtus, sed deciditur *L.* 12 *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Bachov. *de Pignorib.* V. 8. Imo deciditur mox clare. add. Huber. *Eun. Rom. ad d. L.* 12. *p.* 750. *seq.* (1).

Pecunia autem soluta *secundo*, etc.] A debitore.

An rursus teneatur tibi,] Scil. pignus.

(1) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 82. §. 9. Latius hac de re egit Gluck. *tit. quib. mod. pign. vel hyp. solv.*

solv. p. 429. *seqq.* qui etiam alios laudavit. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XVIII. §. 5. qui pro *an ut ordo servetur*, in fin. §., legit: *an ut ordo versetur.*

§. 5.

Papinianus Lib. XI. *respondit* (1).] Vid. *L.* 3. *h. t.*
Postea novatione facta.] Inde ratio dubitandi.
Sed; si secundus non offerat pecuniam, posse priorem vendere, etc.] Habuit enim jus vendendi, et ergo emtor securus est; sed tenetur creditori secundo, si quid ultra prius debitum acceperit. Vid. Sande, *Decis.* III. 12. *Def.* 27. Sed qua actione? Non dicit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec* 61. *error.* 10. et *Dec.* 62. *error.* 1. Sed *error.* 4. intelligit *pigneratitiam*, per *L.* 32. *de neg. gest.* add. *Error.* 5. 6. 7. 8.

(1) Hal. *responsorum scribit.* Vulgo hic incipit *L. si prior.* teste Contio. Vid. Brencm. *h.* add. Leunclav. *Notator.* II. 43. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1514.

§. 6.

Non enim negotium alterius gessit, sed magis suum.] Vid. Noodt. *de Foen. et usur.* II. 11. (1).

(1) Et *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Huc usque priori* etc.

§. 8.

Sed (1) *tamen et hic tertius creditor secundo praeferendus est.*] Vid. Fab. *in Cod.* VIII. 9. *Def.* 3. (2).

(1) In praecedentibus verbis: *ut idem praedium ei pignori hypothecaeve sit*, vitiose versum e Graeco esse *ei* pro *sibi*, notat Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 146. Sed vid. notata superius ad *L.* 6. *pr. de inoffic. testam. not.* 6.

(2) Add. Gluck. *hoc tit. p.* 371. *seq.* quem etiam vid. *ibid. p.* 374. de seq. §. 9.

§. 10.

Nam et (1) in pignore placet; si prior convenerit de pignore, licet posteriori res tradatur, adhuc potiorem esse priorem.] Aliud in venditione. *L.* 15. *Cod. de reivind.* Sed hic prior jam habet jus in re. Vid. Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 3. et auctores ibi citatos. add. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 28. *Def.* 112.

L. XIV.

Quamvis si a diversis non dominis pignus accipiamus, possessor melior sit.] Idem hic fervatur, quod in *Publiciana:* Vid. *L.* 9. §. 4. *de Publ. in rem act.* et Bachov. *de Pignorib.* IV. 4. *num.* 4. (1). Pro *possessor* legit *possessio* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 86. *error.* 9. qui ab hac sententia Pauli recedit, improbante utrumque Bachovio, *ibid.* et recte.

(1) Conf. Gluck. *tit. de pign. et hyp. p.* 387. *not.* 28.

L. XV.

Si non solvatur ei, solarium.] *Merces soli, L.* 17. *de pign. act.* (1).

(1) Ad quam vid. notata.

L. XVI.

Cum Eutychiana de jure suo doceret, etc.] Lege: *non doceret,* cum Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.* (1).

Qui primam creditricem] *Conditione expulerat,* addunt alii, uti Leonin. *Emend.* I. 5. ex Vulg. (2). Sed eis non opus. — D. Goth. *in not.* „ Superaverat scil. hinc „ sumitur ratio etc." Quae tamen a Paulo non adducitur, et falsa est. Vid. Cujac. *d. loc.*

Pla-

Plane cum tertius creditor primum de sua pecunia dimisit, etc.] Vel res illi obligata in solutum data est. Vid. Mev. *Decis. Part.* VI. *Dec.* 360.

Secundus creditor tertium *obtinuerit*,] Pro *contra tertium* (3). Sic *L.* 27. §. *ult. de Legat.* 3°. Nec recte inde recedit Leonin. *d. loc.*

Sed sine praejudicio prioris sententiae etc.] De casibus talibus Huber, *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 31. *et seq.*

(1) Probante Pothier. *in not. ad h. l.* add. de hac Lege Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 146. *seq.* et Gluck. *hoc tit. p.* 363. *seq.* et *p.* 377. *seqq.*
(2) Vulg. *creditricem expulerat.* Hal. *primam conditione expulerat.* Vid. Brencm. *h.* qui addit, etiam Flor. τὸ *expulerat* suppletum esse.
(3) Vulg. *a tertio.* Vid. Brencm. *h.*

L. XVII.

Eum qui a debitore suo etc.] *Suo* est in Flor. (1).

Quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia (2) *pervenit*,] Vid. Fab. *in Cod.* VIII. 9. *Def.* 3. et maxime, *Def.* 7. qui vult id tantum fieri retentione. add. Bachov. *adv. Fab. de Errorib. Pragm. Dec.* 100. *error.* 9. *num.* 8. ubi de hac Lege (3).

(1) Sed apud Hal. abest, Praeterea apud Hal. et Vulg. abest *eum*, et pro *tuendum* Vulg. *tuendus est.* Vid. Corp. Jur. Geb. et Spang.
(2) Vulg. *pecuniae.*
(3) De qua vid. et Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XVIII.

Quaero, an Titius non tantum sortis, et earum usurarum *nomine*, etc.] Vid. *L.* 20. *h. t. L.* 2. *et* 3. *tit. seq.*

Respondit, Lucium Titium in omne, quod ei debetur, potiorem esse.] De *usuris* vid. *Not. ad Loen. Decis. Cas.* 24. add. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 28. *Def.*

Def. 160. *et seq.* Gorif. *ad Conf. Velav. Tit.* XIV. *Art.* 21. *gl.* 2. Coren. *Obf.* 18. Maynard. *Dec. Thol.* II. 32. *seq.* De *expensis litis*, Fab. *in Cod.* VII. 18. *Def.* 3. et VIII. 18. *Def.* 2. et VIII. 20. *Def.* 31. et de iis, quae factae funt in litem περὶ πρωτοπραξίας, Idem, *ibid.* VIII. 17. *Def.* 15. et 30. et *de eo quod interest*, Matth. *de Auctionib.* l. 21. *num.* 12. et de *poena*, *ibid. num.* 15. ubi et de *impensis litis*, *num.* 17.

L. XIX.

Creditor, cum posset heredes convenire idoneos, ad fundum venit:] D. Goth. *in not.* „ Atqui debitorem discuti „ prius oportuit." Id hodie oportet; fed non oportuit tempore Scaevolae. Pergit Goth. „ Quin etiam vero domino non potest fieri cessio pignoris." Nec de ea quaeritur; fed de cessione nominis, id est, actionis perfonalis. Tota haec nota Goth. nihili est.

Quaero, an, si ei justus *posfessor offerat*, etc.] D. Goth. *in not.* „ Imo et qualiscunque. *L.* 12. *in fin. quib.* „ *mod. pign. vel hyp. folv.*" Lex illa nihil agit de cesfione nominis; fed tantum de removendo creditore a pignoris perfecutione (1). Injustus fane legum auxilio indignus videtur. *L.* 37. *in fin. de minor. L.* 38. §. *ult. de adm. et per. tut.* Vid. Sande, *de Action. cesfion. Cap.* 6. *num.* 61. 63. 64. qui *ibid. num.* 69. ne quidem chirographario injuste posfidenti id concedit, nisi forte quandoque ex aequitate, *ibid. num.* 70. add Cujac. *Obf.* XI. 35. Fab. *in Cod.* VIII. 9. *Def.* 3. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 93.

Compellendus sit jus nominis cedere?] Quod et post folutionem fieri posfe volunt. Vid. Fab. *in Cod.* VIII. 20. *Def.* 17.

(1) Vid. tamen praeter Voetium, *ad h. t. Pand.* §. 5. etiam

etiam Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *tit. de pign. et hyp. p.* 344. *seq.*

L. XX.

Quaerebatur, si post primum contractum etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 21. *error.* 10. et Ant. Merend. *Contr. jur.* IX. 44. (1).

Dixi, consequens esse, ut Sejus potior sit etc.] Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 8.

Usurarumque ejus,] Vid. *L.* 18. *h. t.*

(1) Pro *hyperocham*, et *hyperocha* Hal. habet *hypothecam*, et *hypotheca*. Vid. Corp. Jur. Geb. et Spang. Male. Vid. D. Goth. *in not.* et Fab. *loc. laud.*

L. XXI.

Titius Sejae ob summam, etc.] Vid. Merend. *Controv. jur.* VI. 38. caute (1).

Respondit, nihil proponi, cur non sit praeferenda.] D. Goth. *in not.* „ Imo non est praeferenda in postea acqui- „ sitis, *L.* 28. *de jur. fisc.*" Cujus decisio magis sequenda, quippe Imperatoria Constitutione confirmata. Conciliationes omnes discutit, et convellit Ant. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 81. *seqq.* (2). Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 24. *Thes.* 7. *Lit. a. p.* 598. *seqq.* putat, pupillum habere pignus tacitum et privilegium, et inde hanc esse praelationem: quod non placet.

(1) Vid. et de hac Lege Gluck. *tit. de pign. et hyp. p.* 215. *seqq.* et *hoc tit. p.* 235. *seqq.*

(2) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 81. §. 3. Aliter Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* vs. *Nunc videndum* etc. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa*, *p.* 11. ait, de *d. L.* 28. vero intellectu, et conciliatione cum hac Lege, videndum esse Jan. a Costa, *ad Decret.* III. 21. et in primis Cujac. *Obs.* X. 22. quem etiam sequitur Pothier. *in not. ad d. L.* 28. in *Pand.*

Jus-

Justin. tit. qui pot. in pign. num. ult. Praeter Forner. a Goth. cit. *Select.* II. 24. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 74. etiam de his Legibus egerunt Lud. Vital. *Lect. Variar.* II. 20. *num.* 4. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 685. Fopp. ab Aezema, *Diss. jur. Civ.* I. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 807. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 6. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 16. Voet. *ad eund. tit.* §. 24. Zach. Huber. *de Casib. enucleat. Quaest.* 19. Otto, *in Papinian. p.* 325. *seqq.* Jo. Wolbers, *Obs. Cap.* 3. Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 147. *seq.* — In seq. §. 1. pro *numeravit* Leuncl. Notat. II. 43. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1514. Graecos secutus, legere mavult *mutuavit.* Ita habet quoque Trevis. Pal. 11. *num equavit.* Sed *numeravit* pleraque MSS. et omnes editt. quas vidit Brencm. Vid. ejus notam *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

TITULUS V.

DE DISTRACTIONE PIGNORUM, ET HYPOTHECARUM.

L. I.

Creditor, qui praedia etc.] Vid. Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 62. *error.* 1. *et seqq.*

Sed ob eam rem in personam actio contra eum creditori, qui pignora sua requirit, non competit:] Ne quidem, si posteriori bona pro debito addicta sunt, ad eorum pretium. Vid. Fab. *in Cod. h. t. Def.* 33.

Sequitur, ut secundus creditor possessores interpellare debeat.] Vid. Herbaj. *Rer. quotid. Cap.* 6. Exceptio *L. ult. Cod. de jur. delib.* de qua *ibid.* add. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 27. — Quod quia incommodum, et res tandem rediret per circuitum fere eodem, in pecuniam ex venditione redactam priori aliquando actio est concessa. Neostad. *Dec. Cur. Holl. Dec.* 16. *p.* 51.

L. II.

Cum usuris medii temporis,] Vid. *L.* 18. *tit. praec.*

L. III.

Secundo creditori non superesse jus offerendae pecuniae,] Hic enim emtor rem emit animo dominii in perpetuum adquirendi. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 95.

§. 1.

Si tamen debitor, etc.] Idem in pignore per Judicem vendito. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 1. *error.* 5.

Et usurae medii temporis:] Vid. *L.* 18. *tit. praec.*

L. IV.

Convenisse videtur, ne prius etc.] Vid. *L.* 5. §. 1. *tit. seq.*

L. V. (1).

(1) *Ob pecuniam solutam et creditam,* id est, tam ob pecuniam, quam ad dimittendum priorem creditorem solvit, quam ob illam, cujus ipse creditor est. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Recte eis offertur, quamvis emtionis titulo ea tenuerunt (1).] Facit huc *L.* 7. §. 12. *Comm. divid.* (2). D. Goth. *in not.* „Imo emtoris loco non substituuntur „*L.* 59. *de fidejussor.*" Id est, non sunt instar emtorum, juxta *L.* 3. *h. t.* etsi tali titulo acceperint: id enim non est actum. add. *L. seq.*

(1) Etiam alibi post *quamvis* apud Nostros Indicativus sequitur. Vid. notata superius ad *L.* 35. *de cond. indeb.*

(2) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 82. §. 1.

L. VI.

L. VI.

Cum posterior creditor etc.] Aliud in emtore extraneo. *L.* 3. *h. t.* (1).

Et ideo offerri ei a debitore potest.] Vid. Sande, *Decis.* III. 12. *Def.* 18.

(1) Add. Schulting. *loc. modo laud.*

L. VII.

Sed quod Julianus scribit in pignore, idem et circa hypothecam *est.*] Postquam avocata, et sic alienata est.

§. 1.

Intra illud tempus pecunia soluta recipit hypothecam:] Qua actione? Vid. *L.* 13. *de pign. act.* Ceterum, in hoc §. Triboniani manum agnosco cum Bachov. *de Pignorib.* III. 27. *in fin.* Vid. et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 25. *error.* 6.

§. 2.

Quaeritur, si pactum sit a creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 87. *error.* 1. *et* 2. et adv. eum Bachov. *Pactum sit a debitore, ne liceat creditori* etc. legit Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de action.* (1). Basil. nihil mutant. Fab. *d. loc. error.* 2. *in fin.* et *error.* 3. pro *debitori* legit *debitoris:* non recte. Bachovius dubitat, an non sint haec a Triboniano, respiciente *L. ult. Cod. de reb. al. non alien.* et Fab. *d. loc. error.* 4. etiam Triboniani manum agnoscit, alia ratione.

Et certum est, nullam esse venditionem, etc.] D. Goth. *in not.* „ Ita quoque Hal. Alii tamen legunt: *nullam esse* „ *conventionem*, male." Vid. Augustin. *Emendat.* IV. 17. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1554.] (2). Vid. de hoc lo-

loco omnino Jac. Gothofred. *Animadv. Cap.* 14. [in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 301. *seqq.*] (3). add. Huber. *Eun. Rom. p.* 742. *seqq.* qui nimius est in adducendis et refellendis contra hanc Legem argumentis. Jac. Gothofredus, simplicius. Vid. et Bachov. *adv. Fab. d. Dec.* 87. *error.* 1. Alii putant, illam non valere ratione creditoris paciscentis, sed quidem ratione aliorum. Sande, *de Prohib. rer. alien. Part.* IV. *Cap.* 2. *num.* 10. Vid. et Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 23. *Def.* 34. et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 6. *error.* 4. *num.* 4. qui hunc §. Triboniano adscribit, *ibid. Dec.* 24. *error.* 2. *num.* 5.

(1) Improbante H. Canneglet. *Obs. jur. Rom.* II. 7. *p.* 172.
(2) Add. Io. Stek. *Vind. Leg. anticrit. Cap.* 14. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 524. et Marckart. *Interpr. rec. lect. Part.* I. *Cap.* 15.
(3) Et Gluck. *tit. de contr. emt. p.* 57. *seqq.* ubi late de hac Lege egit.

L. VIII.

Modestinus Lib. IV. *Regularum.*] Junge *L.* 40. *de usur.* *Creditoris arbitrio permittitur*, etc.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 32. *Def.* 8.

L. IX.

Putavi, si nulla culpa imputari creditori possit,] Hanc sufficere volunt, cum sine pactione pignus est venditum; si cum ea, etiam periculum praestandum, ex *L. pen. de pign. act.* et *L.* 24. §. 2. *eod.* Ita Huber. *Eun. Rom. ad d. L.* 24. §. 2. *p.* 548.

L. X.

Tamen non esse audiendum creditorem, etc.] Facit huc *L.* 1. *Cod. cred. evict. pign. non deb.*

L. XI.

Nomina quoque communium debitorum separatim singulis in solidum adsignavit.] Vid. *L.* 3. *fam. ercisc.* (1).

(1) Verba sequentia: *pro solido pignus vendere quisque potest*, versum continere, monet Scip. Gentil. *Parerg.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1351. add. notata superius ad *L.* 28. §. 3. *de judic.* et *L.* 44. *de reivind.*

L. XII.

Rescriptum est ab Imperatore (1) etc. *creditorem a debitore* pignus *emere posse:*] Vid. *L.* 44. *de solution.* et *L.* 7. §. 6. *de donat. int. vir. et uxor.* Aliud in *fiducia* olim. Paul. *in Sent.* II. 13. §. 3. (2). Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de commissor. rescind.* [*Tom.* I. *p.* 292.]

(1) Severo, non Caracalla. Vid. Otto, *in Papinian. p.* 278. *seq.* et *p.* 492. *seq.* et Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Ubi vid. Schulting. *not.* 14. add. Otto, *d. loc. p.* 492. *seq.*

§. 1.

Post evictionem, ipsi (1) *debitor utili actione tenetur,*] Vid. *L.* 74. §. 1. *D.* et *L.* 13. *Cod. de eviction.*

Nam et si majores fructus etc.] Id est, *duplos*, ex XII. Tabb., ut *L.* 6. §. *ult. mandat. L.* 9. §. 6. *ad exhib.* add. Cujac. *Obs.* V. 21. et sic locum accipit Jan. a Costa, *ad* §. 1. *in fin. Instit. de action.* et Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de fructib. et lit. expens.* [*Tom.* I. *p.* 440.] quos vide (2). Juxta quae ab his differunt *fructus ampliores quam oportuit* in *L.* 8. §. 1. *de neg. gest.*

Quia apparuit non esse liberatum.] D. Goth. *in not.* „In perpetuum, sed ad tempus." Imo nullo modo; sed res tantum incerta fuit.

(1)

(1) Hal. *ipse.* De verbis: *quali quali obligatione*, quae in Lege praecedunt, vid. Averan. *Interpr. jur.* IV. 22. §. 15. add. Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Vid. et van de Water, *Obs. jur. Rom.* II. 4.

L. XIV.

Pro solvendo] Sic Flor. (1). Sed lege: *pro solido*, ut in *L.* 11. *eod.* ubi idem Responsum: et ita citat Augustin. *Emend.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. p. 1453.] (2) ubi notat, Haloandrum omisisse hanc Legem, exstantem quippe in *d. L.* 11. Abest quoque a Basil. Verba *sibi addicto*, et *sub eo nomine obligatum*, spuria esse, putat Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* I. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 517.].

(1) Vid. Geb. *h.*
(2) Etiam Taurell. *pro solido* edidit.

TITULUS VI.

QUIBUS MODIS PIGNUS, VEL HYPOTHECA SOLVITUR.

Vid. D. Goth. *not.* 4.

L. I.

Utilem Servianam] Vid. *L.* 1. §. 2. *de pign. et hyp.*

Dari sibi non recte desiderabit:] Add. *L.* 3. *quae res pign. vel hyp.* etc.

§. 1.

Donationem quibusdam modis inutilem esse etc.] Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* I. 21. [*Oper. Tom.* IV. *p.* 72. *seq.*] casum ponit ex *L. cincia.* Idem fore, si in-

ter conjuges id factum sit. Quod valet pignoris remissio hoc casu, certum per *L.* 18. *quae in fraud. cred.* (1). Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* casum ponit ex *L.* 15. *de donation.*

Cujus pignoris (2) *solutum esse pactum prima voluntate donationis constabat*,] Aliud *L.* 5. *Cod. de remiss. pign.* ubi creditor vel noluit, vel non potuit, v. c. ob aetatem minorem, pignus remittere. Bachov. *de Pignorib.* V. 5. tricatur. Vid. et Cujac. *ad L.* 17. *de pactis* (3).

(1) Add. D. Goth. *in not.* Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *hoc tit. p.* 414. Aliter Amaya, *Obs.* II. 14. *num.* 19. *seq.*

(2) Hal. ita habet: *esse constaret: frustra fiscum, qui in locum venditoris successerat, petere praedium jure pignoris apparuit, cujus solutum esse pactum* etc. Vid. Geb. *h.* et pro *donationis* Hal. et Vulg. habent: *donatoris.* Vid. Brencm. *ibid.*

(3) Add. Scip. Gentil. *loc. cit. p.* 74. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 33.

L. III.

Quamquam ubi sic res distracta est, nisi emtori displicuisset, etc.] Sic *L.* 6. *de rescind. vend.* Vid. ad hanc Legem Vinn. *Sel. Quaest.* II. 5.

L. IV.

Et magis est, ne desinat:] Vid. *L.* 21. §. 1. *de Aedil. edict.*

§. 1.

Nam solent multi salva causa pignoris sui *consentire.*] Quo casu volunt, non obstaturam creditori exceptionem ordinis. Vid. Fab. *in Cod.* VIII. 6. *Def.* 25.

Idem erit probandum. §. 2. *Belle quaeritur*, etc.] D. Goth.

Goth. *in not.* „ *probandum eum velle. Quaeritur*, etc. „ Hal." Sic. Auguſtin. *Emend.* I. 9. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1458.] (1).

(1) Qui primus hunc locum reſtituit. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Dicendum est, pignus valere.] Add. *L.* 8. §. 6. *et* 11. et *L.* 11. *h. t.* ubi ratio.

L. V.

Solvitur hypotheca, etc.] Vid. ad hanc Legem Bachov. *de Pignorib.* V. 6. et Sande, *Deciſ.* III. 12. *Def.* 21.

Et quid ſi hoc actum ſit, cum forte alius hypothecam posſidebit?] Verſiculus hic melius poſitus esſet post: *aut paciscatur creditor, ne pecuniam petat.* Noodt. *de Pactis*, *Cap.* 13. (1). ubi late de hac Lege. Et verba: *cum forte alius hypothecam posſidebit*, Glosſatori adſcribit Idem, *Probab.* II. 8. (2) ſunt tamen in Baſil. Et pro: *eadem et in hoc caſu posſunt dici, ut et* etc. legit: *eâdem, et in hoc caſu dici potest, ut et* etc. *d. loc.*

Ab hypotheca discedatur.] An exceptione hoc caſu opus? Sic volunt multi. Mentio ejus *L.* 8. §. 2. *h. t.* Facit huc *L.* 59. *ad SCtum Trebell.* Vid. tamen *Obſ. Miscellan. Vol.* III. *p.* 279. *ſeqq.* (3).

(1) Probante Voorda, *Elector. Cap.* 6. *p.* 76. et Auctore Anonymo, *in Obſ. Miscellan. d. Vol.* III. *p.* 290. Huc verba: *et quid ſi hoc actum ſit*, etiam refert Jenſ. *in Strict. ad Pand. p.* 149. Sed emendationem Noodtii: *eâdem, et in hoc caſu dici potest*, rejicit.

(2) Et, IV. 10. et dubitanter, *de Pact. d. Cap.* 13. Vid. de hac et ſequente emendatione Noodtii, *Obſ. Miscellan. d. loc. p.* 287. *ſeqq.* Wieling. *in Lection. Jur. Civ.* I. 14. J. C. van Wachendorff. *Diſſ.* III.

de Pact. nudis, p. 550. *seqq.* Nihil quoque mutat Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 8.

(3) Ubi de hac quaestione late agitur, et plures in utramque partem citantur. add. Voet. *ad Tit. Pand. de pact. num.* 3. Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 3. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 82. §. 8.

§. 1.

Intelligitur de hypotheca quoque idem pactus esse.] Vid. *L.* 4. *tit. praec.*

L. VI.

Sed et si tempore finitum pignus est, etc.] Bachov. *de Pignorib.* V. 3. accipit de casu, quo res ad tempus obligata est, et ita Gloss. (1).

(1) Vid. et Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 9. et Gluck. *hoc tit. p.* 441. *De praescriptione longi temporis* alii. Vid. v. gr. Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 37.

§. 1.

Qui paratus est solvere, merito pignus videtur liberasse.] Vid. *L.* 9. §. *ult. de pign. act.*

Ergo satisfecisse prodest:] Vid. *L.* 14. *h. t.*

At qui non admittit satisfactionem, sed solutionem desiderat, culpandus non est.] Vid. *L.* 10. *de pign. act.*

L. VII. (1).

(1) *Si consensit venditioni creditor* etc.] Vid. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 82. §. 9. Pro *aestimayerit* Hal. habet: *existimaverit.* Vid. de harum vocum confusione notata superius ad *L.* 10. *de stat. hom.* — Sequentem §. 1. intelligendum esse de procuratore donationis caussa pignus remittente, monet Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 2.

Sed si cum debitoris procuratore convenit, ne sit res ob-

ligata,] Imo, *ut liceat rem vendere*, ut est in praecedentibus. Unde haec expungit Noodt. *Probab.* IV. 11. et *de Pactis*, *Cap.* 13. *in fin.* (1).

Id debitori per doli exceptionem prodesse.] Vid. *L.* 10. §. *ult.* et *L.* 11. *de pact.*

Cum autem cum servo ejus convenerit, per ipsam *pacti conventi exceptionem* debet.] *Per ipsum — habet*, legit Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 24. *num.* 4. quod non probo. *Debet* scil. *prodesse.* (2).

(1) Probante Auctore Anonymo, *in Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 295. Sed vid. Wieling. *in Lection. Jur. Civ.* I. 15 et Marckart. *Probab. rec. Lect. Part.* II. *p.* 95. *seqq.*

(2) Add. *Obs. Miscellan. d. loc. p.* 297. Marckart. *loc. laud.* Jo. Cannegiet. *ad Collat. Leg. Mos. et Rom. Tit.* 12. §. 7. *p.* 243. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 3.

De reliqua parte ab initio *agi oportere*,] Id est, *ex integro.* (1).

(1) Add. Brisson. *de verb. sign.* voce *initium.* Vulg. post *agi* inserit: *pro solido.* Vid. Brencm. *h.*

§. 4.

Illud tenendum est, si quis communis rei partem etc.] Vid. contra Groenewegium, aliosque, Huber. *Eun. Rom. p.* 746. *seq.* (1).

(1) Non pugnare hunc §. cum *L. unic. Cod. si comm. res pign. data sit*, docet Forner. *Selection.* III. 23. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 111. et apud Conrad. *Parerg. p.* 254.

L. VIII.

Sicut re corporali extincta, etc.] D. Goth. *in not.*

„ Imo homine pignorato extincto agi potest ad exhiben„ dum." Sed inde non ſequitur, pignus durare.

§. 2.

Et dominis litis hoc caſu nocere hanc exceptionem.] Id est, *pactionem*, ut *L.* 7. §. 6. *de pact.* (1) et alibi. Noodt. *Probab.* IV. 11. et *de Pactis*, *Cap.* 13.

(1) Ad quam vid. notata.

§. 3.

Dimidia non recte petetur.] Ut in caſu *L.* 7. *in fin. h. t.* add. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 4.

§. 4.

Quia de parte convenisſet,] Id est, de parte *tantum* (1) convenisſet.

Non repellit eum a toto.] Sed tantum, quatenus pactus est.

(1) Saepius omittitur. Vid. notata ſuperius ad *L.* 27. §. 17. *ad L. Aquil.*

§. 5.

Quam peculiariter hypothecam *acceperint*,] An *hypothecae* (1). Vid. potius Goth. *in not.* (2).

(1) Ita Vulg. Vid. Brencm. *h. Hypothecae* Pothier. in contextum recepit, *Pand. Justin. hoc tit. num.* 15.
(2) Ubi monet, Hal. habere: *quum peculiariter pignori hypothecam* etc.

§. 6.

Nam ſi non venierit,] Vel non recte. *L.* 4. §. *ult. h. t.* add. §. 11. *h. l.*

§. 7.

§. 7.

Supervacuum est quaerere etc.] DD. hinc colligunt; non praesumi eum alienasse, penes quem res reperitur. Vid. Mornac. *ad h. l.*

Nisi quod potest fieri, etc.] Cum igitur constat, omnia bona fide gesta, concedere videtur, rem non teneri, ut Imp. voluit *L. ult. Cod. de remiss. pign.* (1).

Verumtamen, cum pecunia soluta non sit,] Hoc casu major praesumtio doli adest, add. §. *seq.*

Translata ad praesens tempus,] Dubito, an non hic quaedam desint, et voluerit JCtus, inesse speciem praesumtionis doli, et quod res non sit vendita, sed tantum ad tempus in alium translata, et sic illusum sit creditori. Vid. tamen et Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. L.* 10. *h. t.* (2).

(1) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 82. §. 9.
(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *hoc. tit. p.* 422. *not.* 7.

§. 10.

Ante cautionem accipere etc.] De qua vid. *L.* 6. *de pign. act.*

§. 11.

Ut et si legare permisit, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 52. *error.* 8. *et* 9. (1).

(1) De *seq.* §. 12. egit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 150.

§. 15.

Non videtur autem consensisse creditor, etc.] D. Goth. *in not.* „ Imo videtur is consentire venditioni etc. *L.* 8. „ *Cod. de remiss. pign. L.* 4. §. 11. *de doli exc.*" Sed

in casu *d. L.* 8. *Cod.* vendebat Fiscus, et *d. L.* 4. §. 11. nihil huc facit (1).

Sed si subscripserit forte in tabulis emtionis, consensisse videtur,] Vid. omnino Fab. *in Cod.* VIII. 15. *Def.* 2. *not.* 2. add. Mornac. *ad h. l.* Leonin. *Consil.* 98. *num.* 13. et notata inferius ad *L.* 92. *de Legat.* 1°. (2).

(1) Add. Gluck. *hoc tit. p.* 425. *seq.*
(2) Sequitur: *nisi manifeste appareat deceptum esse.* Hal. et Vulg. *eum deceptum esse.* Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 6. *num.* 9. *p.* 149. ope geminationis, *deceptum eum esse.* Sed vid. Adr. Nic. Mollerus, *Sel. quaed. Cap.* 6. §. 6 in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 150.

§. 19.

Puto doli mali exceptionem ei obstaturam (1).] D. Goth. *in not.* „ Cur non ipso jure? quia solvit, ut se li- „ beret, et suum, non debitoris, negotium gerens. " Facit huc *L.* 28. *de pign. act.* add. Sande, *de Action. cession. Cap.* 7. *num.* 10.

(1) Vid. de hac scriptura notata superius ad *L.* 2. *de feriis, not.* 3.

L. IX.

Et Gajo Sejo fundum eundem in assem *vendidit,*] Vid. Cujac. *ad Libb. Modestin. Resp. in expl. h. l.* (1).

Invicem pigneratitiam *actionem eos non habere.*] Id est, *hypothecariam* (2).

(1) Add. D. Goth. *in not.* et Raevard. *Conject.* II. 14.
(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Et subscripsisse,] Vid. *L.* 8. §. 15. *h. t.* (1).

(1)

(1) Add. Gluck. *hoc tit. p.* 435. *seq.*

L. X.

Et postea placuit inter eum et emtorem, etc.] Re integra: alius casus *L. ult. Cod. de remiss. pign.* Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 747. *seq.* qui Legem hanc defendit contra quasdam censuras.

Vel, quia non tradebat, in id quod interest condemnatus,] Vid. *L.* 1. *pr. de act. emt. vend.*

Haec enim accidere potuissent, etc.] Adeoque creditori non debent obesse (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *hoc. tit. p.* 428.

§. 1.

Et ex venditione *recessum fuerit*,] Pro *a venditione* (1).

Non enim, quia dominium transferunt, ideo ab emtore jus ejus (2) *recipiunt*,] Et domini fiunt: atque adeo creditor resoluta venditione non accipit dominium, sed id ad priorem dominum redit.

(1) Add. Brisson. *de verb. signif.* voc. *ex.* Vulg. habet *a venditione*. Vid. Brencm. *h.*
(2) Apud Hal. *ejus* abest.

L. XII.

Jus suum pignoris remisisse videri,] Hoc Huber. *Eun. Rom. p.* 749. *seq.* accipit eo effectu, ut non tantum prosit tertio, sed et secundo. add. Mev. *Decis. Part.* V. *Dec.* 72. (1).

(1) Et notata superius ad *L.* 12. §. 4. *qui potior. in pign.*

§. 1.

§. 1.

Si qualiscunque posſeſſor offerre (1) *vellet:*] Non obſtat *L.* 19. *qui pot. in pign.* ad quam vide. — Non obſtante poſſeſſori *clauſula conſtituti*, ex mente DD. Vid. Fab. *de Error. Pragm. Dec.* 57. *error.* 3. — Quando ſufficiat offerre verum rei pretium, quando non, vid. Mev. *Deciſ. Part.* I. *Dec.* 111.

(1) Hal. *offerre debitum velit.*

L. XIII.

Nam et ſi a Judice, quamvis per injuriam, abſolutus ſit debitor, etc.] Obſtat *L.* 27. *de pign. et hyp.* ad quam vide.



LIBER

LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE AEDILITIO EDICTO, ET REDHIBITIONE, ET QUANTI (1) MINORIS.

Nobilissimi Aediles, Senec. *Epist.* 86. ubi et de eorum visitatione balnearum (2). — Fuere et in Civitatibus ἀγορανόμοι. Meminit Origin. *contra Celsum*, IV. *p.* 213. [edit. Cantabrig. 1677.] — Olim varia Aedilium Edicta. Vid. Otto, *de Tutel. viar. Part.* III. *Cap.* 2. *Aedilitiae Edictiones*, Plaut. *in Captiv. Act.* IV. *Scen.* 2. *vs.* 43. — Vendebant olim servos saltantes per coronam, ut appareret, quales essent. Vid. Casaub. *ad Diog. Laërt.* VI. 29. (3). Ad vitia rerum noscenda adhibiti et exploratores. Themist. *Orat.* XXI. *p.* 247. — De mancipiorum in vendendo laudibus, Philostr. *de Vit. Apollon. Tyan.* III. 25.

(1) Hal. *quanto minoris*. Vulg. *quanti minoris actione*. Vid. Brencm. *h. quanto minoris* praefert Gluck. *hoc tit. p.* 145. *not.* 63. Quomodo actiones *redhibitoria*, et *quanti minoris* differant ab *actione emti*, docet Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 83. §. 4. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 9. et Gluck. *hoc tit. p.* 136. *seq. Annotationes* Balduini *in singulas hujus Tituli Leges* exstant in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* I. *p.* 871. *seqq.*

(2) De Aedilibus, eorumque Edictis, nonnulla quoque notavit Gluck. *hoc tit. p.* 3. *seqq.*

(3) Add. Schulting. *d. Dec.* 83. §. 1.

L. I.

Tam earum, quae soli sint,] Ex interpretatione Ranchin. *Var. Lection.* I. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 912.] Junge *L.* 13. *de Legib.* (1). Cicero, *de Offic.* III. 17. id nondum scivit.

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 83. §. 2. Noodt. *ad h. t.* vs. *Illud primum* etc. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *hoc tit. p.* 38. Aliter Ed. Gans, *im Archiv. fur die Civilistische praxis, von Gensler etc.* 2. *B.* 1. *H. p.* 112. *seqq.* secundum quem Edictum Aedilitium non est extensum, nec ad omnes res, quae vendi possunt, pertinet.

§. 1.

Ajunt Aediles (1): qui mancipia vendunt, certiores faciant emtores etc.] Secundum Gellium, *Noct. Attic.* IV. 2., in Edicto Aedilium Curulium scriptum sic fuit: *Titulus servorum* (2) *singulorum utei scriptus sit, coerato* (3) *ita utei intellegi recte possit, quid morbi* etc. Notandum enim, servorum venalium collo appensos olim hos Titulos. Vid. Casaub. *ad Sueton. de Illustr. Grammat. Cap.* 4. et Salmas. *de Mod. Usur. Cap.* 15. *p.* 664. (4). Eadem cavebantur in tabellis auctoritatis: de quo locus est insignis M. Senec. *Contr.* 21. Notat etiam Gell. *Noct. Attic.* VII. 4. nihil praestitum, cum servi pileati venissent (5). — Tribonianum interpolasse verum Edictum, queritur Salmas. *d. loc. p.* 663. *seq.* Sed forte fuit sic in Edicto mutatum, et nota apud Gellium τὰ *scriptum sic fuit.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ajunt Aediles:* etc. (6).

Quid morbi vitiive etc.] Qua de caussa adductos ab emtoribus etiam medicos, liquet ex Chrysost., quem citat Menag. *ad Diog. Laërt.* II. *not.* 78.

Quis

Quis fugitivus,] Add. Dion. Chrysost. *in Rhodiac. p.* 323. Alludit Horat. *Epist.* II. 2. *vs.* 16.

Des nummos, excepta nihil te si fuga laedit (7).

Sive adversus quod dictum promissumve fuerit, etc.] Vid. *L.* 17. in fin. et *L.* 18. *h. t.* Alludit Martial. *Lib.* VIII. *Epig.* 13.

Morio dictus erat, viginti millibus emi.

Redde mihi nummos, Gargiliane: sapit (8).

Judicium dabimus, ut id mancipium redhibeatur.] Meminit *redhibitionis* Dion Chrysost. *Orat.* X. *p.* 146. Fest. voc. *redibitur.*

Si quid autem post venditionem traditionemque] Vid. *L.* 25. *pr. h. t.* add. Noodt. *h. t.* vs. *Proxima quaestio est* etc.

Deterius] Vid. *L.* 25. §. 6. *h. t.*

Emtoris opera etc.] Vid. *L.* 25. §. 5. *h. t.*

Sive quid ex eo post venditionem natum adquisitum fuerit:] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 31. §. 2. *seqq. h. t.* (9).

Et si quid aliud (10) venditione *ei accesserit*,] Lege: *in venditione* (11). *Venditioni*, *L.* 23. §. 1. *h. t.*

Sive quid (12) *ex ea re fructus* pervenerit *ad emtorem*,] Vid. *L.* 23. §. 9. *h. t.*

Item si quas accessiones ipse *praestiterit*, etc.] Scil. emtor. *L.* 27. *h. t.* (13).

Mortis consciscendae sibi caussa quid fecerit,] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 43. §. 4. *h. t.*

Depugnandi caussa ad bestias intromissus *fuerit*,] Praecessit *mancipium.* Sed saepe Substantivis alterius generis Adjectivum subjicitur. Vid. Duker. *ad Thucyd.* II. *p.* 127. (14).

Hoc amplius, si quis adversus ea sciens dolo malo etc.] Aliud caput *L.* 25. §. 7. *h. t.* et plura apud Ranchin. *loc. supra laud.* qui omittit alia, colligenda ex *L.* 19. *in*

fin.

fin. L. 28. *L.* 29. *L.* 44. *pr.* *et* §. 1. et *L.* 45. *h. t.* (15).

(1) Aedilitium Edictum non integrum hic proponitur. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 82. §. 2. Praecipuos, qui ad hoc Edictum commentati sunt, auctores recenset Gluck. *hoc. tit. p.* 14. *not.* 51.

(2) Jac Gronov. loco *servorum* mavult *scriptorum*.

(3) Id est, *curato*. Ranchin. *loc. laud. curanto*. Vid. Interpp. *ad d. loc. Gell.*

(4) Add. Schulting. *d. Dec.* 83. §. 1. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ajunt Aediles*: etc. Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p.* 200. Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *d. loc. p.* 15. *not.* 57.

(5) Conf. Schulting. *d. Dec.* 83. §. 1.

(6) Qui ex Gellio Edictum hoc supplet. Aliter Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 5.

(7) Epigrammata olim servis fugitivis in signum infamiae inusta: deinde collaria fugitivis circumdata, vel laminae collis adpensae, quibus epigrammata inscribebantur. Vid. Trotz. *loc. modo cit. p.* 190. *seq.* et auctores ibi laudatos.

(8) Sequitur in Edicto: *quod* ejus *praestari oportere* etc. Vulg. inserit: *nomine*. Vid. Brencm. *h.* Non opus. Vid. notata superius ad *L.* 27. *de pign. et hyp.*

(9) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Proxima quaestio est* etc.

(10) Hal. *aliud* omittit: etiam Schulting. vocem hanc uncis inclusit.

(11) Vitium typographicum est.

(12) Hal. *quis*. Vid. Geb. *h.*

(13) Add. de hac Edicti parte Noodt. *d. loc.* vs. *Dixi, quid Aediles venditori* etc. et Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 28. *et seq.*

(14) Add. Idem, *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et Noodt. *d. loc.* vs. *Sequitur in Edicto*, etc. Hal habet *intromissum*. Simile exemplum est in *L.* 9. *in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.*

(15) Conf. Schulting. *d. Dec.* 83. §. 2.

§. 2.

Nec est hoc iniquum: potuit enim ea nota habere venditor,]

tor,] Cicer. *de Offic.* III. 17. *qui enim scire debuit, de sanitate, de fuga, de furtis, praestat edicto Aedilium* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Caussa proponendi hujus Edicti* etc.

§. 5.

Edictum hoc non pertinere ad venditiones Fiscales.] Eodem fine populus olim servos sub corona vendebat. Fest. voc. *sub corona* (1).

(1) Add. Noodt. *d. loc.* vs. *Sed apparet* etc.

§. 6.

Potest dici Edictum cessare:] Vid. *L.* 48. §. 3. *et* 4. *h. t.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 84. §. 3. Praecedit in Lege: *ut plerumque signis quibusdam solent demonstrare vitia.* Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Sed quid si emtor* etc. Pro *demonstrare* Hal. et Vulg. habent: *demonstrari*, quod praefert Geb. *h.* Etiam Cod. Pand. Erlang. *demonstrari* habet. Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 47. *not.* 22. qui tamen monet, Florentinam posse defendi, si *mancipia* subintelligamus. Brencm. *h.* subintelligit *vendentes.*

§. 7.

Morbum apud Sabinum *sic definitum esse*, etc.] D. Goth. *in not.* „ Puto legendum: *morbum a Labeone apud* „ *Sabinum* etc. " Nihil muto: nec enim est necessitas (1).

Corporis sanitatem dedit:] Inde res bonae, quae hac gaudent. Senec. *Epist.* 76.

Id est, tabes,] Non sunt JCti, sed Interpretis (2).

Licet homo itaque natus sit:] *Ita quoque*, Al. (3).

Vitiumque a morbo multum differre:] Cicer. *Tusc. Quaest.* IV. 13. *Morbum appellant totius corporis corruptionem: aegrotationem morbum cum imbecillitate: vitium, cum partes corporis inter se dissident: ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas.* Vid. et Non. Marcell. *Cap.* 5. *num.* 77. (4).

Ego puto, Aediles tollendae dubitationis gratia etc.] Vid. Noodt. *Probab.* III. 10. et *ad h. t. Pand.* vs. *Sequuntur caussae* etc. (5). Cicer. *de Finib. bon. et mal.* III. 4. *Erit enim notius, quale sit, pluribus notatum vocabulis idem significantibus.*

Id est, de eodem,] Et haec e Glossa.

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 83. §. 7.
(2) Nec exstant in Pand. Flor.
(3) Sic Hal. Vulg. *que* expunxit. Vid. Brencm. *h.*
(4) Add. Bynkersh. *Obs.* III. 1. et Gluck. *hoc tit. p.* 19. *not.* 75.
(5) Add. Brencm. et Bynkersh. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Vid. tamen et Waechtler. *in Opusc. p.* 329.

§. 8.

Proinde levis febricula, etc.] Add. *L.* 54. *de contr. empt.* (1). Senec. *Epist.* 85. *quid si sanum voces leviter febricitantem? non est bona valetudo mediocritas morbi.* Sed Aediles aliter: hic enim de valore quaerimus.

(1) Et Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 83. §. 9.

§. 9.

Si servus inter fanaticos *non semper caput jactaret,*] Vid. D. Goth. *in not.* add. Lamprid. *in Heliogab. Cap.* 7. ibiq. Casaub. Dion. Chrysost. *Orat.* I. *p.* 12. Quinctil. *Inst. Orator.* XI. 3. *p.* 831. (1). *Cervice laxa ferri,*

Senec.

Senec. *Epist.* 114. ex Mecaenate: ubi Lipsius tamen pro *feratur* legit *fanatur.*

Neque enim nos, inquit (2), minus animi vitiis (3) *aliquos sanos* etc.] Vid. Gronov. *Obs.* II. 1. *p.* 170.

Id est, mente capto,] Haec sunt interpretis (4).

Quid ergo est, si quid sit animi vitium tale, etc.] Vid. mox *seq.* §. et *L.* 4. *pr.* et §. 4. *h. t.*

(1) Vid. et de his Duker. *ad Flor.* III. 19. *p.* 651. et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. Brisson. *Sel. Antiq.* II 13. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nondum absolvit* etc. Tollozan. *Diss. de Malefic. et Mathem. Cap.* 5. §. 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 271. *seq.* Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 7. *p.* 235. Gluck. *hoc tit. p.* 164. Bilderdyk. *Spec. Inaug. exhib. Thes. aliq. select. Thes.* 90. verba *non semper* a margine in contextum irrepsisse putat, tanquam explicationem vocis *interdum*, et ita restituendum hunc locum: *si servus interdum*, φανατικῶς *caput jactaret*, etc.
(2) Apud Hal. *inquit* abest. Vid. Geb. *h.*
(3) Hal. *animi vitiis, quam corporis, aliquos* etc. Sed vid. Gronov. *loc. laud.*
(4) Nec exstant in Pand. Flor. Sequitur in Lege: *quid id ei ex febribus acciderit.* Vid. de his verbis Nerium, *Analect.* II. 34. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 484.

§. 10.

Vitium tamen esse, sed vitium animi,] Quod interdum timore contrahi, docet Senec. *Nat. Quaest.* VI. 29. (1).

Attamen ex emto actionem admittit.] Vid. §. *praec.*

(1) Praecedit in Lege: *etiamsi per luxoriam id factum est.* De quibus verbis vid. D. Goth. *in not.* add. Gluck. *hoc. tit. p.* 24. *not.* 82. *Luxoriam* etiam Flor. est loco *luxuriam.* Vid. Geb. *h.* Litterae *O* et *U* in Pand. Flor. saepius permutantur. Vid. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 80. add. Walch. *ad Eckhard. d. loc.* §. 72. *p.* 73. *seq.* et notata superius ad *L.* 63. *de procurator.*

L. III.

Item muti, et surdi.] Ad effectum scil., ut possint redhiberi: alioquin *mutus* morbosus est. *L.* 9. *h. t.* Vid. Cujac. *ad L.* 113. *de verb. signif.* (1). Alii ideo redhiberi posse negant, quia vitia haec cuivis patent. Vid. Zacch. *Quaest. med. legal.* II. 3. *quaest.* 8. *num.* 15.

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 84. §. 1. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 5. Aliter Pothier. *in not. ad h. l.* intelligens, qui tardius loquuntur, vel audiunt.

L. IV.

Ob quae vitia negat redhibitionem esse,] Vid. Cicer. *de Offic.* III. 23.

Ex emto dat actionem.] Vid. *L.* 1. §. 9. *h. t.*

§. 1.

Forte si propter febrem loquantur aliena (1),] Sine caussa opponunt quidam (2) *L.* 4. §. 5. *de stat. lib.* et *L.* 9. §. 7. *de pecul.*

In quo sit *animi vitium* etc.] Pro *sit* Al. (3) rectius *si.*

(1) Eodem sensu *aliena loqui* etiam dixit Ovid. *Trist.* III. 3. *vs.* 19. add. Duker. *ad Liv* III. 48. §. 1.
(2) Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 5.
(3) Vulg. *si.* Hal. *sic*, quod probat Brencm. *h.* et Gluck. *hoc tit. p.* 25. *not.* 83. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 3. legit *si id*, Graecum Scholiastam secutus. Pothier. *in not. ad h. l. sit* retinet, sed post *vitium* inserit *quod.* De voce *vinarios* in seq. §. 2. vid. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 346. ibiq. Duker.

§. 3.

Et (1) *videmur hoc jure uti,*] Post Prudentum disputationem. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nondum absolvit* etc.

Ani-

Animi autem vitium ita demum praestabit venditor, si promisit: etc.] Facit huc Horat. *Sermon.* II. 3. vs. 285. *seq.*

Mentem, nisi litigiosus,
Exciperet dominus, cum venderet.

(1) Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. pro *et* mavult *sed.* Saepius hae voces permutantur. Vid. notata superius ad *L. 5. pr. de usufr. ear. rer.* etc.

§. 5.

Cui hic ipse morbus obstet.] D. Goth. *in not.* „ Haec „ verba tollenda videntur, aut obsure admodum a Tribo„ niano adjecta." Mihi neutrum horum placet (1).

(1) Add. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIX. §. 14 Praecedit in Lege: *non de sontico morbo.* ad quem locum Bynk. in Corp. Jur. Geb. et Spang. notat, Salmasium, *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 10. *sonticum* interpretari *comitialem.* In *seq.* §. 6. verba *aut levis dentis auriculaeve dolor*, versum continere, monet Scip. Gentil. *Parerg.* II. *ult.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1351. add. notata superius ad *L.* 11. *de distract. pignor.*

L. V.

Id est, vitiositatem,] Haec interpretatio, ut et sequentes interpretationes, non sunt JCti (1).

Agi ex emto potest:] In quam actionem, utpote *bonae fidei*, hoc venit, non in *actionem ex stipulatu. d. L.* 42. Sic et venit in *L.* 29. §. 1. *de pignor. et hyp.* Facit huc *L.* 3. *Cod. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* Vid. Chesius, *Differ. jur. Cap.* 68. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 826.

L. IX.

Si vendideris servum mihi Titii, etc.] Vid. Paul. *in Sent.* II. 17. §. 8. (1).

(1) Ibique Schulting. Sequitur in Lege: *sed in ex emto actione decurrendum est.* Flor. praepositio *in* est deleta. Vid. Brencm. *h.* qui *in* retinet, sed pro *actione* legere mavult *actionem.* Fortasse tamen non opus. Vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3.

L. XI.

Lucius-Titius praedia in Germania trans Rhenum emit, etc.] Vid. Merill. *Obs.* VIII. 6. (1).

Ex praecepto Principali] Quod est pro vi majore. Mev. *Decis. Part.* III. *Dec.* 15. (2).

Partim veteranis in praemia adsignatas.] Vid. *L.* 15. §. 2. *de reivind.* (3).

Paulus respondit, futuros (4) *casus evictionis* etc] Vid. *L.* 3. *in fin. h. t.* add. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de emt. vend.* Ergo nec restitutionem Principis in officium, ob crimen amissum, et ab eo, qui jus vendendi habuit, venditum. Vid. Cujac. *Consultat.* XXXVIII. Multo minus auctor tenetur ob varietatem et calamitatem temporum. Vid. Cyriac. *Controv.* 458. *num.* 13. *seqq.* ubi et de facto Principis, *num.* 26. *seqq.* et *Controv.* 687. *num.* 46. *seqq.* De bonis exulum tempore belli ob aes eo-

rum alienum distractis, et ab emtoribus rursus venditis, iis per pacis conditiones restitutis, Sande, *Decis.* III. 4. *Def.* 5. De re ad perduellem pertinente, et post restitutum, Matth. *de Auctionib.* I. 14. *num.* 10. Alius etiam casus de agro ob aggeris onus amisso, *Nederl. Advysboek.* I. 238.

Pretium praediorum peti posse.] Quod Mornac. *ad h. l.* objicit, solverem ex *L.* 150. *de verb. sign.*

(1) Add. Trotz. *in Praef. ad Waechtler. Opusc. p.* 65. et Gluck. *hoc. tit. p.* 276. *not.* 3.
(2) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 67. §. 8.
(3) Et quae ad eam Legem notata sunt.
(4) *Fortuitos* Graecos legisse, observat Leunclav. *Notator.* II. 48. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1515. add. Gluck. *loc. modo cit. not.* 4.

§. 1.

Noxae *esse solutum*,] An, *noxa* (1), vel *noxis.*

(1) Ita Hal. et Vulg. probante Brencm. *h.*

L. XIII.

Non cum evinceretur (1).] Junge *L.* 15. *h. t.*

(1) Hal. et Vulg. addunt *res.* Vid. Brencm. *h.* Etiam Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 344. *not.* 19.

L. XIV.

Non in dimidiam quantitatem pretii.] Vid. *L.* 1. *h. t.*

L. XV.

Sed si quid postea alluvione *accessit*, etc.] Eamque se praestiturum recepit venditor: aliter enim de illa non tenetur. *L.* 64 §. 1. *h. t.* Ita DD. et Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. d. L.* 64. Aliter Merill. *Obs.* V. 8.

§. 1.

§. 1.

Pro bonitate fructuum aestimatio facienda est.] Merill. *Obs.* IV. 8. putat id fieri, quia ususfructus est instar partis: quod non probo. Ceterum hic non definitur, quomodo tunc agi possit: posse enim de evictione agi, constat ex *L.* 38. §. 3. *de verb. oblig.* (1).

Sed et si servus *evincatur*, etc.] *Servitus*, Cujac. *Obs.* II. 20. Vid. D. Goth. *in not.* Quod admodum probabile (2). Aliter Merill. *Obs.* IV. 8. putans, id hic quaeri, quia servi inquilini sunt quasi partes fundi. Julian. *ad Nov.* 7. *L.* 3. *de div. temp. praescript.* (3).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 87. §. 6. et Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 6.
(2) Vid. Schulting. *d. loc.* add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 16. Voet. *ad eund. tit.* §. 16. Noodt. *ad eund. tit.* vs. *Quae dixi de re tota* etc. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. *p.* 37. Gluck. *tit. de contr. emt. p.* 126. *not.* 23. et *tit. de Aedilit. Edict. p.* 116. *not.* 74. Ortum vitium esse ex compendiosa scribendi ratione, putat Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 220.
(3) Florentinam retinet quoque Bynk. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XVI.

§. 1.

Vel damnatus est litis aestimatione (1),] Vid. *L.* 21. §. 2. *h. t.*

Vel possessor ab emtore conventus absolutus est.] Sed vid. *L.* 29. §. 1. et *L.* 66. *pr. h. t.*

(1) Hal. et Vulg. *in litis aestimationem.* Vid. Brencm. *h.* Etiam Cod. Erlang. Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 172. *not.* 34.

§. 2.

§. 2.

Evictus fuerit a nobis ob id, etc.] Lege: *evictus fuerit a nobis*, *ob id* etc. (1).

An tum, *cum meus factus esset:*] Et a creditore forte evictus est.

Et quam actionem semel ex stipulatu habere coepi, etc.] Facit huc *L.* 47. *pr. de furt.* et *L.* 3. *in fin. de L. Fab. de plagiar.* add. *L.* 56. *de oblig. et action.*

Nec manumissione,] Si v. c. statuliber fuerit.

(1) Pari modo hunc locum interpungit Pothier. *in Pand. Justin. Tit de Aedil. Edict. num.* 89. Hal. et Vulg. hic inserunt *an*, et in seqq. omittunt. Vid. Brencm. *h.* Sequitur: *quod fugitivus vel sanus non fuerit.* Ubi negationem ad proximum referendam, notat Pithoeus, *in Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 353. Hal. *non sanus fuit.*

L. XVII.

Vindicantem venditorem rem, *quam ipse vendidit*, etc.] Non idem, si quis tantum possideat rem pro evictione hujus obligatam. Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 16.

Improbe enim rem a se distractam etc.] Adde casum *L.* 14. *Cod. de reivind.*

An potius re ablata, *ex caussa stipulationis duplum consequi.*] Nec potest repelli exceptione, quod forte ipse emtor praedium pro evictione obligatum possidet. Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 24.

L. XVIII.

Ex duplae quoque stipulatione, *vel ex emto potest conveniri.*] Nec obstabit agenti cum venditore exceptio rei judicatae, quia alio haec actio tendit. Cyriac. *Controv.* 591. *num.* 82. *seqq.* (1).

(1)

(1) Add. Schulting. *Thes. Controv.* *Dec.* 88. §. 8. et Gluck. *tit. de exc. rei vend. et trad. p.* 442.

L. XX.

Fundum meum obligavi, deinde alienavi tibi: ut eo nomine non obligaberis, etc.] Bynkersh. *Obs.* III. 11. legit: *tu eo nomine* etc. aut: *alienavi tibi, ut eo nomine non obligareris*, vel *obligeris* (1).

Excipiendum cautione,] D. Goth. *in not.* „*non est* „ *excipiendum*, Hotoman. *Obs.* III. 2." Male (2).

Quia etiam non excepto eo, etc. *doli mali exceptione possim summoveri.*] Cum evictio eveniat ex facto meo. Pro *quia* Bynkersh. *d. loc.* mavult *quin:* quod non probo.

(1) *Obligareris*, Hal. Vid. Geb. *h.*

(2) Sic etiam Jauch. *de Negation. Pand. p.* 206. Sed emendationem Hotomanni probat Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de dol. mal. et met. exc. num.* 10. nec si ita scriptum esset, damnaret Bynkersh. *d. loc.* nunc autem vim fieri vetat. Egerunt de hac Lege etiam Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, §. 11. *p.* 306. *seq.* et Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 151.

L. XXI.

Si servus venditus decesserit,] Lite nondum contestata. Vid. *L.* 16. *de reivind*: *L.* 11. *judic. solv. L. ult. Cod. de assertion. toll.* (1).

Sed factum *humanae sortis*,] D. Goth. *in not. Fatum humanae sortis.* Sic in MS. Charond. (2). Similis error observatus a Viris Doctis in *L.* 12. *pr. de captiv. et postlim. rev.* (3).

De dolo tamen poterit agi, etc.] D. Goth. *in not.* „ Id est, *actione ex emto*, etc." Bene. Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 31. (4). Ex clausula stipulationi adjecta; Os. Aurel. *Dispunct.* 31. [in Thes. Otton. *Tom.* III.

III. *p.* 773. *seq.*] Aliter Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 9. *error.* 3. *num.* 4. quem non probo.

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 89. §. 5. Aliter Gluck. *hoc tit. p.* 268. Sequitur: *antequam evincatur*, id est, evinci coeptus sit, aut antequam vindicetur, Reiz. *in Obs. Miscell. Vol.* X. *p.* 372.
(2) Probante Schulting. *Thes. Contr. d. loc.* et Gluck. *d. loc. p.* 269. *not.* 87. Vid. et Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 290. Duirsema, *Conject.* II. 4. *p.* 217. *seq.* Trotz. *in Praef. ad Waechtler. Opusc. p.* 66. *Factum* tamen defendere conatur Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 8. §. 2. *p.* 227. Sed vid. Gluck. *Zusätze zu dem titel de eviction.* adj. post *tit. de exc. rei vend. et trad. p.* 448. Plura etiam MSS. *fatum* habere, testatur Brencm. *h.*
(3) Etiam apud alios Auctores saepe hae voces confunduntur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* III. 40. §. 9. Burman. *ad Quinctil. Declam.* 338. *p.* 703. et ad Val. Flacc. *Argon.* I. *vs.* 114. *p.* 35. Duker. *ad Flor. Prooem. Lib.* I. *p.* 4.
(4) Et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Quid si aliter* etc. Sed cum Os. Aurelio facit Schulting. *d. Dec.* 89. §. 6.

§. 2.

Isque victus litis aestimationem sustulerit,] Id est, praestiterit (1).

Prope (2) *enim hunc ex secunda emtione*, etc.] Vid. *L.* 1. *pro emtor.*

(1) Add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 359. et Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 370. Jensius, *in strictur. ad Pand. p.* 152. malam è Graeco versionem dicit.
(2) *Proprie* Hal.

§. 3.

Damnatus *quidem erit possessor*,] *Damnandus* Al. (1).

Non

Non propter evictionem,] Id enim exigitur *L.* 57. *pr.* *et* §. 1. *h. t.*

(1) Sic Vulg. Vid. Brencm. *h.* add. de hoc §. Pothier. *in not.*

L. XXII.

§. 1.

Deinde aliquis eum a marito per judicium abstulisset,] D. Goth. *in not.* „Id est, jure judicioque," *L.* 3. *pr. de action. emt. vend.* (1).

(1) Add. de hoc §. Pothier. *in not.* et Gluck. *hoc tit.* *p.* 427.

L. XXIV.

Ex emto (1) *tamen contra venditorem mulier habet actionem.*] Quod et videtur in casu *L.* 57. §. 1. *h. t.*

(1) Non *ex stipulatu* add. Gluck. *hoc tit. p.* 174. *seq.*

L. XXV.

Si servum, cujus nomine duplam stipulatus sis, manumiseris,] De facto, non jure. add. casum *L.* 34. *h. l.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 26. vid. Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 130. *Ex vendito* actionem hic dici pro *ex emto* actionem, monuit quoque Pothier. *in not. ad h. l.* add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 9. in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 235.

L. XXVII.

Ut exceptiones ex persona emtoris objectae etc.] Pone eum posfesfori jusjurandum detulisfe. Gloss. *h.* (1).

Si exceptio ei (2), *ex facto ipsius opposita, obstiterit.*] Idem est, si posfesfio ipsius culpa ad alium pervenerit. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 15.

(1) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 89. §. 3.
(2) Apud Hal. *ei* abest.

L. XXVIII.

Et auctoris] D. Goth. *in not.* „ Atqui de auctoris dolo exceptio non objicitur. *L.* 4. §. 27. *de dol. mal. et met. exc.*" Alia res.

L. XXIX.

Falsum esse, quod Nerva respondisset, posse te a me (1) *pretium consequi* etc.] Nota: facilius succurri emtori pretio nondum soluto, quam cum, eo soluto, de evictione agit.

(1) Flor. etiam nunc esse *amet pretium*, et forte legendum: *a me et pretium*, notat Brencm. *h.* In fine pro *et ego ex alia caussa* etc. Cod. Erlang. habere: *ut ego ex alia caussa* etc. testatur Gluck. *hoc tit. p.* 175. *not.* 39. Voces hae saepius permutantur. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 38. *de orig. jur. not.* 3.

§. 1.

Peti (1) *autem utiliter non poterit*, etc.] Add. casum, quo emtor rem locavit, conductorque, dominii quaestionem movens, non vult restituere, apud Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 15. quae tamen definitio non videtur semper admittenda.

(1) Al. *petere — potuerit*, et sic etiam Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *hoc tit. p* 271. *not.* 92. Sed Florentinam tuetur Duker. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 2.

Quolibet tempore venditori renunciari (1) *potest*,] Ἀνάγειν, Gr. Vid. Harpocrat. et Salmas. *de Mod. usur. cap.* 15. *p.* 729.

Dum

Dum tamen ne prope ipsam condemnationem id fiat.] Obstat *L.* 29. §. *pen. de legat.* 3°. ubi vide (2).

(1) Hal. et Vulg. *denunciari.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 20. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 88. §. 5. Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Libb. Epitom. Tom.* I. *p.* 500.

L. XXX.

Idem Lib. XIX. *ad Sabinum.*] Pertinet magis ad praec. Titulum.

Quemadmodum si ipse *alii praestitisset.*] Scil. emtori. Vid. de hac Lege Merill. *Obs.* VI. 27.

L. XXXI.

Ulpianus Lib. XLII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 50. *de pact.* Et haec ad praec. Titulum spectat.

Vispellionem (1).] Vid. D. Goth. *in not.* et *ad L.* 72. §. 5. *de Solution.* Raevardus, *Conjectan.* II. 16. intelligit eum, qui manumitti nequit. Male. Aliter Salmas. *de Usur. Cap.* 18. *p.* 529: Fulgentius ex Antidamo Heracleopolita dicit *Vespillones, cadaverum nudatores* (2). Sed Auctor non certus.

Inutilis stipulatio quibusdam videtur:] Ratio in *L.* 31. *de reg. jur.* quae huic jungenda.

(1) Hal. *vespillonem*, et in margine: *alias, versipellem.* Vid. Geb. *h. Vespertilionem*, Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *tit. de Aedil. Edict. p.* 33. *not.* 2. qui Raevardum sequitur. add. Idem, *Zusätze zu dem titel de Aed. edict.* adj. post *tit. de exc. rei vend. et trad. p.* 444. *seq.* ubi latius de hac voce egit. add. Brisson. *de verb. sign.* voc. *vispellio.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XIX. §. 5. legit: *vel stellionem.*
(2) Vid. D. Goth. *ad d. L.* 72. §. 5. *de solution.* add. Ramos del Manzano *ad LL. Jul. et Pap.* I. 18. §. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 94. Rittershusius *ad Isidor. Pelusiot. Lib.* II. *Epist.* 146. Obiter ad-

moneo, inquit, hoc genus homines, qui Graecis sunt *τυμβώρυχοι*, olim etiam *vespillones* dictos esse, ut in *L.* 31. *de eviction.* secundum scripturam Florentinam, et apud Fulgentium, *initio Lib. de Prisco sermone*, ubi exponit *cadaverum nudatores.* Vid. et Amaya, *Obs.* II. 13. §. 23. *seq.*

L. XXXII.

Idem Lib. XLVI. *ad Sabinum.*] Et haec Lex magis ad praec. Titulum facit.

Erronem *non esse.*] *Errorem*, Flor. Male. Vid. Augustin. *Emend.* III. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1516.] (1).

(1) Et Brencm. *h.*

§. 1.

Et bis ejusdem vitii aestimationem etc.] Facit huc *L.* 48. *h. t.*

L. XXXIV.

§. 1.

Habebo ex duplae stipulatione actionem:] D. Goth. *in not.* „Imo ratione partis non committitur stipulatio. *L.* 56. §. 2. *h. t.*" Ipsa Lex rem solvit (1).

Quo genere judicii evincatur, etc.] Modo sit in rem. *L.* 35. *de action. emt.* atque adeo et *actio communi dividundi* etiam est in rem (2).

(1) Add. Wisenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 24. et Voet. *ad eund. tit.* §. 15.
(2) Certe ratione objecti.

L. XXXVI.

Idem Lib. XXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 17. §. 4. *commodat.*

Idem

Ideoque nec evictionis nomine obligatur venditor etc.] Add. *L.* 23. *de usurp. et usuc.* ex cujus tamen §. 1. liquet, *ex emto* posse agi (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XXXVII.

Emtori duplum promitti a venditore oportet, nisi aliud convenit:] Ut in *L.* 72. *de contr. emt.* Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de divis. stip* (1).

Non tamen ut satisdetur, etc.] Exceptio *L.* 1. *Cod. de bon. matern.*

(1) Add. Schulting *Thes. Contr. Dec.* 86. §. 5. Vid. et Gluck. *hoc tit. p.* 286.

§. 1.

Quae pretiosiores essent (1), etc.] Vid. D. Gotha *not.* 66. add. Salmas. *ad Vopisc. in Aurelian. Cap.* 45 (2). Senec. *Epist.* 93. gemmas etc. *pretiosa rerum* vocat.

Vel quid aliud non contemptibile] De Vacca *L.* 43. *h. t.* (3).

(1) Hal. *sunt.*
(2) Et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Demonstrato* etc.
(3) Add. de his Legis verbis Gluck. *hoc tit. p.* 289. *seqq.*

§. 2.

Si simplam pro dupla per errorem *stipulatus sit emtor,* etc.] Aliter simplum tantum deberi, si stipulatio intercessit, censent quidam. Vid. ad *L.* 60. *h. t.*

Quod si non fecit,] Scil. re nondum evicta: alioquin sensus erit absurdus (1).

Id tantum *consecuturum,*] *Tamen,* Al. (2).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de act. emt. vend. num.* 54. et Gluck. *hoc tit. p.* 290. *not.* 45.
(2) Ita Hal. nec forte male, ait Brencm. *h.* Etiam Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 292. *not.* 49. Saepe hae voces confunduntur. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 47. *de orig. Jur. not.* 11.

L. XXXVIII.

Habet autem contrariam pigneratitiam actionem.] Non, ut ipse agat, sed eam emtori praestet, ut *L.* 36. *de fidejussor. L.* 14. *mand.* Vid. Sande, *de Action. Cession. Cap.* 6. *num.* 4. (1)

Cui enim non aequum videbitur, vel hoc saltem consequi emtorem, etc.] Cui tamen et aliud suppetit remedium *L.* 12. §. 1. *de distr. pign.* (2).

Quod sine dispendio *creditoris futurum est?*] Aliter secus. Vid. Fab. *in Cod.* VIII. 24. *Def.* 14. *et* 15.

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de distr. pign. num.* 26.
(2) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 89. §. 8.

L. XXXIX.

Minor viginti quinque annis fundum vendidit Titio:] D. Goth. *in not.* „Sine decreto, etc." Imo ex juris novi ratione (quod tamen post Julianum a Severo inductum est) cum decreto: nec etiam tempore Juliani minoribus citra caussas curatores dabantur (1).

Utilem sibi de evictione stipulationem *in Titium dari:*] Scil. duplae. Vid. Jan. a Costa, ad §. 2. *Inst. de divis. stip.*

Nam si ei fundus Praetoria cognitione *ablatus fuerit*, etc.] Vid. *L.* 13. §. 1. *de minor.*

(1) In seqq. verbis *impetrare cognitionem* Julianum dixisse pro

pro *impetrare restitutionem*, notat Noordkerk. *Obs. Cap.* 4. *p.* 70.

§. 1.

Si Titius servum petierit,] Ab alio possessore (1).

Supererit Publiciana actio,] Add. *L.* 12. 13. 14. *de exc. rei jud.*

Emtori vero adversus dominum duntaxat de peculio.] Facit huc *L.* 23. §. 4. *praec. tit.*

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* Ad seq. §. 2. vid. Gluck. *hoc tit. p.* 423. *seq.* Sequentem §. 4. Taurellius stellulis inclusit: ab ordinaria tamen manu hunc §. esse, testatur Brencm. *h.*

§. 5.

Et dicit, usumfructum in eo Seji esse,] D. Goth. *in not.* „add. *L.* 7. *de action. emt.*" quae obstat. Vid. *ibid.*

Perinde tenetur, ac si in tradendo dixisset, ususfructus nomine etc.] Succurri tamen venditori, eumque non teneri, vivo Sejo, ex *L.* 7. *de act. emt.* vult Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l.* (1).

(1) De verbo *defugiet* in fin. *h.* §. vid. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 88. §. 2. et Gluck. *hoc tit. p.* 182. *not.* 53.

L. XL.

Quia etiam si evictus fuerit ab eo, cui legatus fuerat, etc. (1).] Ratio clarior *L.* 56. §. 1. *L.* 71. *de fidejussor.*

(1) Vid. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XLI.

§. 1.

His igitur casibus ex emto agendum erit.] D. Goth. *in not.* „ Saepe hoc titulo evenit, ut deficiente actione du-

„ plae, detur actio ex emto etc." Ratio est, quia stipulationes strictius accipiuntur, sed actio emti est bonae fidei. Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. L.* 42. *h. t.*

§. 2.

Quoniam et cum debitor creditori suo heres exstiterit, ratio (1) *quaedam inter heredem* etc.] An non possit et haec ratio dari, quod obligatio ea tantum confundatur, quae inter defunctum et heredem fuit, non illa, qua alterutri alius tenebatur. Sed hoc ponit Paulus, et difficultatem aliam solvit, quae moveri poterat ratione emtoris primi et secundi (2).

(1) Id est, differentia. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1280. Hal. et Vulg. habent: *actio.* Vid. Brencm. *h.*

(2) Egit de hoc §. et praec. *L.* 40. etiam Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 154. *seq.* add. Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 42. De scriptura verbi *recciderit*, ut Flor. legitur in *fin.* §., vid. Vos. *de Arte Grammat.* II. 19.

L. XLII.

Venditor non potest de evictione conveniri,] *Ex emto* tamen potest. *L.* 8. *h. t. L.* 82. §. 4. [*de Legat.* 1°. *L. seq.* et sic explica. Ratio differentiae, quia stipulatio est stricti juris. *L.* 99. *de verb. oblig.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Proxima deliberatio erit* etc.

L. XLIII.

Agere ex duplae stipulatione non potest:] Sed ex emto potest. Vid. *L. praec.*

L. XLIV.

Omnia autem, quae conjuncta navi essent, veluti gubernacula, etc.] Vid. ad *L.* 3. §. 8. *inc. ruin. naufr.*

L. XLV.

Quamvis id, quod relinqueretur, centum jugera haberet.] Ratio, quia in venditione non tam inspectus est modus, quam corpus. Covarruv. *Practic. Quaest. Cap.* 3. add. Brunneman. *ad h. l.*

L. XLVI.

Fundum, cujus usus fructus Attii erat, etc.] Frustra hanc Legem impugnat Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 753. *seq.*

Hunc ego Maevio, detracto usufructu, *tradidi:*] Mihique reservato. Cujac. *Tract.* VI. *ad African. in expl. h. l.* quod non potui. Facit huc *L.* 15. *in fin. de usufr.* (1).

(1) Sequitur: *eo tempore, quo* alienus *esset.* Ita recte Taurellius. Flor. est: *alienatus esset.* Vid. Brencm. *h.* Sequentibus verbis: *sed posse me venditorem te de evictione convenire*, amphiboliam inesse, judicat Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 242.

§. 1.

Evictionis obligationem contrahit.] *Contrahi*, Al. (1).

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Quam evictionis nomine exsolverit.] D. Goth. *in not.* „*Exceperit*, Cujac. (1) etc." quem refellit Merill. *Var. ex Cujac.* III. 25. (2).

(1) Probante Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Add. Bynkersh. *Obs.* VII. 4.

§. 3.

Item si post biennium liberum fore dixi, qui post annum

libertatem acceperit, etc.] Cujacius legit: *si post annum* etc. *qui post biennium* etc. (1). Vid. D. Goth. *in not.* Sed nihil mutandum, cum emtori nullum ex mendacio emerserit damnum. Vid. Merill. *Var. ex Cujac.* III, 25. et Bynkersh. *Obs.* VII, 4. (2).

(1) Sic etiam Hal.
(2) Add. Idem, *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XLVII.

Si duos servos quinis *a te emam*,] Singulos scil.

Quamvis alter decem dignus sit;] Haec praecipua hujus Legis quaestio.

Nec referre, separatim singulos, an simul utrumque emerim.] Ita tamen, ut in singulis definitum sit pretium (1). Sic non obstat *L.* 42. *de act. emt. vend.* Vid. et Cujac. *Tract.* VIII. *ad African in expl. h. l.*

(1) Pari modo Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. Vereor tamen, ut haec sit mens JCti, qui generalius loquitur, et *L.* 42. *alleg.* de alio casu agit. Conf. Voet. *ad h. t. Pand.* §. *ult.*

L. XLVIII.

Uti optimus maximusque est (1),] *Optimo jure*, etiam; de quo Cicer. *de L. Agrar.* III. 2.

Quam quanti (2) *emit*,] Facit huc *L.* 31. §. 16. *praec. tit.* et *L.* 32. §. 1. *h. t.*

(1) Τὸ *est* apud Hal. abest. Vid. Geb. *h.*
(2) *Quanti* abest apud Hal. Sed non debere illud vexari, locis è Livio allatis, docet Duker. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. — In seq. *L.* 49. Τὸ *si* omnes scriptos et editos habere, et pro *proinde* Hal. legere *perinde*, notat Brencm. *h.* Posterius non necesse. Vid. notata superius ad *L.* 6. *de pignor. et hyp.*

L. L.

L. L.

Nemo unquam dixit, dandam in eos actionem re evicta:] Sed tenetur is, qui pretio hoc liberatus est. *L.* 74. §. 1. *h. t.* (1).

Tunc de dolo actio datur adversus eos domino *rei.*] Creditoribus posset contra eum dari *negotiorum gestorum actio. L.* 3. §. 8. *de neg. gest.* Bachov. *ad* Πρῶτα *Pand. p.* 897; add. Lud. Vital. *Lection. Var.* I. 12. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 637.] et Matth. *de Auctionib.* 1. 15. *num.* 6.

(1) Praecedit in Lege: *sententias sequentes.* Hal. *sententiam exsequentes.* Vulg. *sententias exsequentes.* Sed Florentinae favere Basil., notat Brencm. *h.*

L. LI.

Si per imprudentiam Judicis, etc.] Vel Advocati, Gloss. *ad L.* 31. §. 12. *praec. tit.* (1). Absque his tamen et caussa potest perdi bona. Quinctil. *Declam.* 266. *Sed non semper Judicum culpa est, cum innocens damnatus erit. Aliquando testis corrumpitur: aliquando parum diligenter caussa defenditur: aliquando reo nocet et ipsa fiducia.*

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 88. §. 8.

§. 1.

Quamvis enim Titius (1) etc. *heredi tamen ejus denunciari potuisset.*] Add. §. 2. *h. l.* (2).

(1) In omnibus *Titio*, et sic videtur legendum. Brencm. *h.*

(2) De quo §. vid. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscription. p.* 22.

§. 3.

Non mirum autem est, etc.] Solvitur ratio dubitandi, quae poterat moveri contra §. 1.

Nam actione ex emto praestare debet *hereditatem*,] Debet

bet et, ope geminationis, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* XI. *num.* 8. *p.* 138. *seq.*

§. 4.

Exceptione me esse repellendum, Labeo ait.] Hoc non probari, putat Donell. *ad L.* 23. *Cod. de fidejussor. num.* 3. (1).

(1) Sed vid. Pothier. *in not. ad h. l.* De seq. *L.* 53. §. 1. vid. Gluck. *hoc tit. p.* 389.

L. LIV.

Post longi temporis praescriptionem,] In praediis Provincialibus. Vid. Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod de praescr. long. temp.* (1).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Instit. de usuc. num.* 2. *et* 7.

§. 1.

Et majorem *pecuniam in conditione esse* etc.] Non, si *minorem. L.* 46. §. *ult. h. t.* ubi Cujac. [*Tract.* VI. *ad African.*]

Ex emto tenetur.] Ut *L.* 69. §. 4. *h. t.*

Si heredi dari jussus est servus:] Vid. *L.* 6. §. 6. *de stat. liber.*

L. LV.

Magis enim propter absentiam victus (1) *videtur*,] Vid. Fab. *in Cod.* VII. 22. *Def.* 6.

Et satis est, ab eo cui jus agendi fuit, etc.] Quique instar domini est. *L.* 27. *de adm. et per. tutor.*

(1) Hal. *evictus*, etiam Vulg. Sed improbat Augustin. *Emend.* III. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1516. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

§. 1.

Et per eum fiat, quo minus denuncietur,] Vel emtor non potuerit scire, ubi esset. Vid. *seq. L.* §. 6. (1).

(1) Non posse ex hoc §. probari, denunciationem *in jure* fieri debuisse, docet Gluck. *hoc tit. p.* 408.

L. LVI.

Si dictum fuerit vendendo (1), *ut* simpla *promittatur* etc.] D. Goth. *in not.* „*ut dupla promittatur, non sim-* „*pla*, Cujac. etc." Quod et magis placet Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* I. *Disp.* 2. *Thes.* 5. *Lit. b. p.* 76. Sed JCtus voluit quaerere de promissione contra Edictum Aedilitium, contra quod pacisci licet. *L.* 31. *de pact.* Vid. Merill. *Var. ex Cujac.* III. 26. *Ut simpla vel dupla promittatur, ex emto* etc. Paulum scripsisse, putat Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Sit Paulo fides* etc. (2).

Sed sufficit nuda repromissio, etc.] Usurpatae jam olim leges venditionum: *vades ne darent.* Varr. *de Ling. Latin.* V. 7. *in fin.*

(1) Hal. et Vulg. *in vendendo.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.* Sed Florentinam, quam etiam servat Cod. Pand. Erlang., pluribus defendit Gluck. *hoc tit. p.* 283. *seqq.*

§. 1.

Si compromisero,] Magis, si intentionem ejus confessus fuero. Cyriac. *Controv.* 184. *num.* 6.

(1) Rationem dubitandi et decidendi indicavit Pothier. *in not. ad h.* § de quo, ut et *seq.* §. 3. vid. et Gluck. *hoc tit. p.* 274.

§. 2.

Quia non potest videri homo evictus, cum pars ejus evicta est.]

est.] D. Goth. *in not*, „Imo, cum pars evincitur, sti-„pulatio committitur. *L.* 34. §. 1. *h. t.*" Ibi evincitur totus.

§. 5.

Et qui curavit, ne sibi denunciari possit.] Vid. *L.* 55. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. §. 7. vid. Gluck. *hoc tit. p.* 418.

L. LVII.

§. 1.

Aeque dicendum sit ex stipulatu *actionem non nasci?*] *Ex empto* tamen actio datur, per *L.* 24. *h. t.* (1).

(1) Add. Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 155. *seq.* et Gluck. *hoc tit. p.* 173. *seq.* — Ad seq. *L.* 58. vid. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 88. §. 1. add. Gluck. *hoc tit. p.* 251. *seqq.*

L. LIX.

Nisi cessae ei fuerint actiones, vel quodam casu hypothecas *habet* (1).] De tacita hypotheca hoc nequit intelligi, cum illa demum a Justiniano inducta sit. Nec etiam verisimile, heredem bona sua obligaturum. Forte casus ponendus, cum venditor res quasdam pro evictione obligavit (2), et a principio ego hoc jus in Legatarium transtuli. Glossa non placet.

(1) Hal. *habeat.* Non opus. Vid. notata superius ad *L.* 14. *de offic. Praesid. not.* 5. *L.* 13. §. 6. *de his qui not. infam. L.* 35. *de dol. mal.*
(2) Conf. Gluck. *hoc tit. p.* 409. Alii aliter. Vid. Idem, *ibid. not.* 95.

L. LX. (1).

Nihil venditor praestabit, praeter simplam evictionis no-

mi-

mini, et ex natura ex emto actionis, hoc quod interest.] Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de inutil. stip.* censet, hic agi de casu, quo cautum est habere licere simpliciter, et hoc casu non plus posse consequi emtorem ob verba stipulationis, quae in ambiguo stipulanti nocent. *L.* 26. *de reb. dub.* *L.* 38. §. 18. *de verb. oblig.* (2).

(1) Basil. Legem hanc male tribuere Paulo, notat Brencm. *h.* et Hoffman. *Meletem. ad Pand.* *Diss.* XIX. §. 4.

(2) Aliter Noodt. *ad h. t. Pand.*, vs. *Prima observatio* etc. et Pothier *in not ad h. l.* in *Pand. Justin. tit. de action. emt. vend. num.* 43. Fortasse aetate Javoleni nondum invaluerat, ut, re evicta, agi posset in duplum, etsi non promissum, quamvis tunc melius hanc Legem in Pand. omisisset Tribonianus.

L. LXII.

§. 1.

Omnibusque denunciari,] Hinc colligunt, citationem uni ex pluribus litis consortibus factam, aliis non nocere. Vid. Fab. *in Cod.* II. 2. *Def.* 8.

Recteque cum ceteris agam, quod evictionis nomine victi sint (1).] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 34. *Def.* 29.

(1) Hal. *sunt*. add. de hoc §. Gluck. *hoc tit. p.* 409. *seq.*

L. LXIII.

Modestinus Lib. V. *Responsorum.*] Junge *L.* 102. *de verb. oblig.* (1).

(1) De locutione *auctorem laudare* in seq. §. 1. vid. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 88. §. 2. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Porro ait Formula* etc. Gluck. *hoc tit. p.* 407. *not.* 87. Verba seq. §. 2 *et bonam caussam vitio suo ex praescriptione perdidit*, Noodt. *d. loc.* vs. *Ut igitur evicta res* etc. explicat; id est,

quia

quia non observavit fatalia appellationis. add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc. p.* 271.

L. LXIV.

Duplae stipulatio pro parte quinta, non quarta praestabitur:] Ergo pro ducentis. Dubitari poterat, an non pro parte *quarta*, quia evicto toto fundo, qui est 800. jugerum, in totum committitur stipulatio, ergo et evictis ducentis, pro parte quarta. Sed alia ratio evicti totius fundi, alia evictae partis. Vid. Cujac. *Obs.* XXV. 37. [et *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.*] Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Vera haec et certa* etc. legit: *pro parte quarta, non quinta.* Vid. etiam de hac Lege Otton. *in Papinian. Cap.* 8. §. 2. *p.* 190. *seqq.* (1).

Nam quod periit, damnum emtori *non venditori attulit:*] Qui igitur sic de evictione debet agere, ac si illud, quod flumen abstulit, adhuc exstaret.

Si totus fundus, quem flumen deminuerat, etc.] Add. similia apud Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *et* 7. *Cod. Theod. de praediis navicular. Tom.* V. *p.* 104. *et* 109.]

(1) Qui etiam alios laudat. add. Pothier. *in not. ad h. l.* Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 157. *seqq.* Gluck. hoc tit. *p.* 333. *seqq.*

§. 1.

Quia alluvionis periculum *non praestat venditor.*]. Circa evictionem: nec enim illam vendidit. Cujac. *dd. locc.* (1). Aliud in rebus, quas accessuras dictum est. *L.* 16. *pr. h. t.* Non obstat *L.* 15. *eod.* quia ibi id convenerat (2).

(1) Add. Noodt. *loc. modo cit.* et Gluck. *d. loc. p.* 339. *seq.*
(2) Aliter *Merill. ibid. laud.*

§. 2.

Dixi, consequens esse superioribus, etc.] Quia, ut lucro

ejus

ejus cedit alluvio, ita et de evictione quintae partis ejus, quod sic accessit, non habet actionem cum auctore. Cujac. *dd. locc.* (1).

Ac si de octingentis illis residuis sola centum sexaginta *fuissent evicta:*] Quinta pars octingentorum.

Nam reliqua quadraginta, quae universo (2) *fundo decesserunt, pro rata* novae regionis *intellegi* (3).] Ab alia enim parte crevit fundus, et alioquin (4) forte aliud foret dicendum. Cujac. *dd. locc.*

(1) Add. Noodt. *loc. modo laud.* Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *hoc tit. p.* 341. *seq.*
(2) *De universo* etc. Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h. l.* Non opus. *Id suis decedere opibus credebant*, Liv. III. 55. *pr.*
(3) De hac ejus verbi scriptura vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*
(4) Id est, si per eandem ipsam partem accesserit, qua decessit.

L. LXV.

Rem hereditariam pignori *obligatam* etc.] Id est, hypothecae.

Quaerebatur, an uterque heredum conveniri possit?] D. Goth. *in not.* „Subintellige, in solidum pro evictio„ne." Imo pro parte.

Idque placebat propter indivisam pignoris caussam:] Vid. *L.* 9. §. 3. *de pign. action.*

Nec remedio locus esse videbatur, ut per doli exceptionem actiones etc. *quia non duo rei facti proponerentur,*] Sed singuli pro parte erant obligati. Ergo nec potest creditor actiones cedere, cum non habeat eas contra ipsum in solidum, sed tantum pro altera parte. Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Gluck. *tit. de pignor. et hyp. p.* 171. *seqq.* In seqq. Legis verbis, pro *nam quid interest*, ut om-

omnes scripti et editi habent, in Pand. Flor. vitiose legitur: *nam quod* etc. Vid. Brencm. *h.* Saepius hae voces a Librariis confusae. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXVIII. 10. §. 1.

L. LXVI.

Si cum venditor admonuisset emtorem, ut Publiciana potius, etc.] Vid. *L.* 29. §. 1. *h. t.* add. casum *L.* 39. §. 1. *eod.*

Non idem in Serviana quoque actione probari potest:] Quippe quae soli creditori datur, nec igitur emtori competit, et tollitur soluto debito (1).

Haec enim etsi in rem actio est, nudam tamen possessionem avocat,] Nec est de dominio vero, vel quasi.

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *hoc tit.* *p.* 272. *seq.*

§. 1.

Utilis possessori pro evictione competit actio.] Ratio dubitandi, *L.* 54. *pr. h. t.* Sed, rescissa usucapione, et actio haec restituenda.

Item, si privatus a milite *petat,*] Qui absens usucepit, nec defensus est.

§. 2.

Quodcunque ex caussa judicati praestiterit procurator, ut in rem suam datus,] Juxta *L.* 4. *pr. de re judic.* add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. h. l.*

Ex stipulatu consequi non poterit:] A primo venditore, quia non dedit ut emtor, sed ut procurator (1).

Non inutiliter ad percipiendam litis aestimationem agetur (2) ex vendito.] Pro ex emto (3).

(1) Add. Gluck. *hoc tit. p.* 418. *seq. not.* 12.
(2) Vulg. *aget.* Vid. Brencm. *h.*

(3) Add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 235.

§. 3.

Evictis praediis in dominum actio dabitur, quae daretur in eum, etc.] Ergo datur in utrumvis. *Actio*, scil. *praescriptis verbis*. Vid. *L.* 18. §. 2. *fam. ercisc. L.* 20. §. 3. *eod. L.* 14. *L.* 23. *Cod. eod.* (1).

Scil. ut melioris, aut deterioris agri facti caussa, finem (2) *pretii* etc.] Non obstat *L.* 64. *pr. in fin. h. t.* quae agit de *actione ex stipulatu.* add. *L.* 45. *de action. emt. vend.*

(1) Add. Gluck. *hoc tit. p.* §61. *seq.*
(2) Flor. est *caussam finem*, quod manifeste mendosum. Vid. Brencm. *h.*

L. LXVII.

Quo minus praestet quod emtoris interest,] Evictum servum non fuisse. add. *L.* 15. *de dol. mal. et met. exc.* et Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h. l.*

L. LXVIII.

§. 1.

Evictis pignoribus, quae prior creditor *accepit*,] Nec non ipse. *L.* 6. *de hered. vel action. vend.*

Nullam actionem cum eo, qui liberatus est, habebit.] Vid. *L.* 30. *de pignor. et hyp.* et *L.* 74. *in fin. h. t.* Potest tamen petere, ut *pigneratitia contraria* sibi cedatur. Gloss. *h.* et Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.* (1).

(1) Ad *literarum obligationem veterem* locum hunc refert Galvanus. Vid. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 9. §. 11. *not.* 69. Speciem Legis proponit Pothier. *in not. in Pand. Justin. tit. de hered. vel act. vend. num.* 29.

L. LXIX.

Non tenebitur evictionis nomine.] Ad pretii tamen restitutionem hunc teneri, vult cum aliis Covarruv. *Var. Resol.* III. 17. *num.* 2. et Brunneman *ad h. l.* add. *L.* 11. §. *ult. de action. emt.* Dissentit Glossa, *h.* non sine caussa ab aliis improbata. Vid. Covarruv. *d. loc.* et Jo. Vesel. *not. ad d. Cap.* 17. (1).

(1) Aliter Altamiran. *Tract.* II. *ad Libb. Scaevol. Quaest. in expl. h. l.* §. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 404. qui facta distinctione litem hanc componere studet.

§. 1.

Quae ex testamento impleta conditione ex praeterito *possit obtingere:*] *Ex post facto*, Cujac. *Tract.* VI. *ad African. in expl. L.* 46. §. 2. *h. t.* (1).

(1) Add. Altamiran. *d. loc.* §. 10. *p.* 405. *Ex praeterito* apposita, sed quae existat in futurum, Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 3.

Sed auctoritas Servii praevaluit, existimantis hoc casu ex emto actionem esse:] Add. §. *seq.* (1).

(1) Et Altamiran. *d. loc.* §. 15. *seq. p.* 406.

§. 4.

Potest videri heres non esse mentitus, etc.] Facit huc *L.* 6. §. *ult. de stat. liber.*

De reliquis quinquaginta actio ex emto competat.] Vid. §. *praec.* et *L.* 54. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Altamiran. *d. loc. p.* 406. *seq.* In praecedentibus Legis verbis pro *ut cum eam pecuniam* etc. Hal. et Vulg. habere: *et cum eam* etc. nec forte male, notat Brencm. *h.* Saepius voces hae permutantur. Vid.

Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 38. *de orig. jur. not.* 3.

§. 5.

Conditionem autem libertatis celaverit,] Quam facile potuit scire. Vid. *seqq.* (1).

(1) Add. Altamiran. *d. loc. p.* 407. *seq.* De varia lectione vocis *perfusorie* vid. Brencm. *h.* qui eam retinendam putat. add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 408. Graeci reddiderunt ἀπλῶς, *simpliciter*. Vid. Leunclav. *Notator.* II. 49. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1515. In seqq. Legis verbis pro *sed emti judicio teneri*, Flor. etiam nunc esse: *sed emti* judico *teneri*, notat Brencm. *h.* qui *judicio* praefert cum editis et scriptis. — Ad seq. §. 6. vid. Altamiran. *d. loc. p.* 408. add. Gluck. *tit. de contr. emtion. p.* 87.

L. LXX.

Ergo, et si minor esse coepit,] *Minoris*, ex Graecis, Leonin. *Emend.* I. 15. §. 8. (1).

Damnum emtoris erit.] D. Goth. *in not.* „Imo non erit damnum emtoris: etc. *L.* 64. *h. t.*" Sed illa non agit de *actione emti*, sed *ex stipulatu*.

(1) Add. Leunclav. Notator. *loc. modo laud.*

L. LXXI.

An ex emto, vel duplae stipulatio committatur,] Statim scil.

Non enim, sicut mulieris dos est, ita patris esse dici potest:] Vid. *L.* 1. *in fin. de dot. collat.* D. Goth. *in not.* „Imo communis est et patris et filiae. *L.* 3. *solut.* „ *matrim.*" Sed ibi solutum est matrimonium, et aliud quaeritur.

Nec conferre fratribus *cogitur dotem* etc.] Id est, frater fratribus. Vid. *L.* 4. *de* ~~*dot. collation.*~~ et Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.* de coll. bonor. 37.6.

Manente matrimonio.] Aliud, soluto. Glosf. ad *L. 6. de collation.*

Sed videamus, ne probabilius dicatur, committi hoc quoque casu stipulationem:] Statim scil.

Interest enim patris, filiam dotatam habere; et spem quandoque recipiendae dotis.] *Filiam dotatam habere* propter affectionem, *et spem* etc. Ita Paulum scripsisse, putat Cujac. *d. loc. Recipiendae dotis.* Variis scil. casibus.

Cum uno casu *ad eum dos regredi possit:*] D. Goth. *in not.* „ qnis ille unus casus? quoties nempe ob id di„ vertit a marito, ut maritum lucro dotis afficiat, et pa„ trem defraudet." Imo mortua in matrimonio filia, ut docent sequentia. add. *L.* 10. *L.* 69. *sol. matrim. L.* 5. *de divort.* Cujac. *d. loc.* (1).

Numquid ergo tunc demum etc.] Triboniani manum hic agnoscit Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 99. *error.* 9. quem refutat Bachov. *ibid.* non tamen valde dissentiens quod ad ultima verba: *quod magis paterna affectio inducit.*

(1) Vid. et Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *hoc tit. p.* 429. *seq.*

L. LXXII.

Specialiter nominatim] Haec differunt, adeoque neutrum est delendum, ut volebat Herald. *Obs. Cap.* 1. [in Thesf. Otton. *Tom.* II. *p.* 1313.] Vid. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 12. *p.* 347. ubi *p.* 348. legit: *specialiter et nominatim* (1).

Non utique alter alterius fundus *pars videtur esse,*] *Fundi*, Al. (2).

Ita et in proposito non utique prohibebitur emtor, evicto ex his uno fundo venditorem convenire, etc.] Non obstat *L.* 46. §. 1. *de solution.* quae non agit de hac actione. add.

add. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 47. *h. t.* (3).

(1) Sic etiam Hal. add. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 10. §. 4. *p.* 411.
(2) Ita Hal. et Vulg. probante Brencm. *h. Fundi*, etiam Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 365.
(3) Et Merill. *ad Libb. Callistr. Quaest. in expl. h. L.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 626.

L. LXXIII.

Sempronia heres Sejae quaestionem pro *praedii proprietate* etc.] Id est, *de*, ut *L.* 58. *de contr. emt.* (1).

Eandem Semproniam heredem Sejae convenire *posse*,] Lege: *converiri* (2). *L. ult. Cod. h. t.*

Vel exceptione doli mali summoveri posse (3).] Add. *L.* 1. §. 1. *tit. seq.* Facit huc *L.* 173. §. 3. *de reg. jur.* ubi Jac. Gothofred. add. *Cons. Batav.* II. *Cons.* 112. 113. 114.

(1) Ad quam vid. notata.
(2) Sic etiam in Pand. Flor.
(3) Apud Hal. τὸ *posse* hic abest. Vid. Geb. *h.*

L. LXXIV. (1).

(1) Vid. ad hanc Legem Finestr. et de Monzalv. *in Libb. Hermogenian. Epitom. Tom.* I. *p.* 488. *seqq.*

§. 1.

Si jussu Judicis rei judicatae pignus captum per officium distrahatur, etc.] Vid. Matth. *de Auction.* I. 14. *num.* 5. (1).

Scil. si hos ei, cui evicit, restituere non habebat necesse.] Lege: *qui* (2). — Quia adhuc exstabant, *L.* 22. *Cod. de reivind.* vel mala fides adfuerat. Vid. Glosf. *h.* in qua abundat τὸ *non.*

(1) Add. Finestr. et de Monzalv. *d. loc. p.* 494. *seqq.* et Gluck. *tit. de pign. et hyp. p.* 269. *not.* 39. Egit de hoc §. etiam Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 161. *Pignus* hic esse pignus Praetorium captum ab homine, qui rei judicatae satisfacere non vult, et periphrasin *qui pretio liberatus est*, eundem designare hominem, jus dicenti non obtemperantem, monet Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 370.

(2) Sic etiam in Pand. Flor. — De seq. §. 2. egit Finestr. et de Monzalv. *d. loc. p.* 497. *seqq.*

§. 3.

Et *dolum praestare cogitur.*] Bynkersh. *Obs.* IV. 8. *in fin.* legit *sed*, vel *set* pro *sed et.* Non opus (1).

(1) Vid. Duker. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Egit de hoc §. Finestr. et de Monzalv. *d. loc. p.* 501. *seqq.*

L. LXXV.

Quintus Mucius *et Sabinus existimant*,] Facit huc *L.* 59. *L.* 66. *L.* 67. *de contr. emt.*

Nisi ut optimus maximusque esset,] Facit huc Cicer. *de L. agrar.* III. 2. (1).

Nisi hoc specialiter ab eo accessum (2) *sit.*] Aut rei usus aliter non fit. Sic Sic. Flacc. *de Condition. agror. p.* 9. Vid. Noodt. *de usufr.* I. 8. et *ad h. t. Pand.* vs. *Quae dixi de re tota* etc.

(1) Verba, quae in Lege praecedunt: *quod tacite soleat accedere*, glossemati adscribit Bilderdyk. *Obs. et Emend.* II. 33.

(2) D. Goth. *in not.* „ *expressum*, Hal." *Adjectum sit*, mavult Brencm. *h. Acceptum sit*, id est, nisi hoc specialiter acceperit, Bynkersh. *ibid.* Praecedit in Lege: *non etiam deberi alias servitutes.* Hal. *alias servitutem.* Vid. Brencm. *h.* qui dicit lectionem hanc fortasse non spernendam esse.

L. LXXVI.

L. LXXVI.

Amitti auctoritatem,] Dicitur et quis *auctoritatem promittere*. Senec. *Nat. Quaest.* IV. 3. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 1. *not.* 3. et Gluck. *hoc tit. p.* 180. *seq.* *Auctoritatem* figurate dici, caussam pro effectu, vult Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Demonstrato* etc.

TITULUS III.

DE EXCEPTIONE REI VENDITAE ET TRADITAE (1).

(1) *Et traditae* apud Hal. absunt. Vid. Brencm. *h.*

L. I. (1).

(1) *Hac exceptione recte repellendum*. Hal. *hac te excertione* etc. Cod. Pand. Erlang. *te hac exceptione* etc. Vid. Gluck. *hoc tit p.* 435. *not.* 65. *Recte te*, ope geminationis, mavult Brencm. *h.*

§. 1.

Idem erit dicendum.] Add. Maynard. *Decis. Tholos.* IV. 27. (1).

(1) Ad seq. §. 2. vid. Pothier. *in not.*

§. 3.

Si quis rem meam vendidit minoris, etc.] Vid. *L.* 5. §. 3. *mandat.*

§. 4.

Exceptio in factum *locum habebit:*] Quae nempe datur, cum illa *rei venditae* ex ratione juris competere nequit (1). Datur et *doli. L.* 73. *tit. praec.*

(1) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.* et Finestr. et de Monzalv. *in Libb. Hermog. jur. Epitom. Tom.* II. *p.* 903.

§. 5.

Habet exceptionem contra venditorem:] Vid. Bachov. *Adv. Fab. de Errorib. Pragm. Dec.* 86. *error.* 3. ubi Faber hoc negarat (1).

(1) In seq. *L.* 2. pro *priorem te tueri* van de Water, *Obs.* III. 12 *p.* 338. legit: *Praetorem te tueri.* Sed non opus. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 129. *seq. Priorem* etiam habet Cod. Erlang. Vid. Gluck. *hoc tit. p.* 437. *not.* 71.

L. III.

Etsi res ei non fuerit tradita,] Vid. *L.* 1. §. *ult. h. t.* (1).

(1) Add. de hac Lege Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 901. *seqq.*

LIBER

LIBER VICESIMUS SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.

DE USURIS, ET FRUCTIBUS, ET CAUSSIS, ET OMNIBUS ACCESSIONIBUS, ET MORA.

Isidor. *Origin.* V. 25. „ *usura* est incrementum foenoris, „ ab usu aeris crediti nuncupata." Vid. de hoc verbo, et *foenoris*, Gronov. *Mantiss. pecun. vet.* (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 90. §. 1. Noodt. *de Foenor. et Usur.* I. 2. *et* 3. Gluck. *hoc tit. p.* 3. *seqq.* ubi etiam praecipuos, qui de hoc argumento egerunt, scriptores laudavit. Ad singulas hujus tituli Leges commentatus est Jul. a Beyma.

Usura non tantum jure Civili, sed et jure Naturali, et Divino licita. Noodt. *d. loc.* I. 4. *seqq.* Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 90. §. 7. *seqq.* Gluck. *d. loc. p.* 11. *seqq.* De jure Naturali breviter, sed admodum perspicue, Grotius, *Introd. in Jurispr. Holl.* III. 10. §. 9. *seq.* De Jure Divino vid. et J. D. Michaëlis, *Comm. de mente et ratione Legis Mos. usuram prohibentis*, in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 73. *seqq.*

De vario *usurarum* fato apud Romanos, Noodt. *d. loc.* II. 4. *et* 14. add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 92. §. 2. et Gluck. *hoc tit. p.* 76. *seqq.* qui etiam alios laudavit.

Usurarum divisio in *compensatorias*, *lucratorias*, *punitorias*, neque in jure probatur, neque accurata est. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 90. §. 6.

De *anatocismo*, Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4. *et seq.* Noodt. *d. loc.* II. 11. Gluck. *d. loc. p.* 115. *seqq.*

Caussas, in inscriptioue hujus tituli, Cujacium

recte intelligere rei, quae petitur, qualitatem, omnemque, quae circa eam est, utilitatem, ait Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 94. §. 5. add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.*

L. I.

Cum judicio bonae fidei etc.] Vid. Noodt. *de Foen. et usur.* II. 5. (1).

Ex more regionis,] Huic rem non male committi, notat Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 5. *p.* 187. Μετριότερον ὂν τοῦ νόμου, Schol. Basilic. [*Tom.* III. *p.* 389.]

Ita tamen, ut legi (2) *non offendat.*] Vid. Bynkersh. *Obs.* VI. 25. Triboniano quidam (3) haec adscribunt. Forte recte, quamvis dissentiat Huber. *in Eun. Rom. p.* 755. Vid. et Noodt. *d. loc. Cap.* 14.

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 91. §. 4.

(2) Graecismum esse, ait Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 162. *Legem*, Hal. Sed vid. Bynkersh. *loc. cit.* et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. notata superius ad *L.* 15. *de servitut. praed. urban.* et Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 9. *p.* 117.

(3) Uti Wissenbach. *in Emblem. Tribonian. Cap.* 4. *p.* 48. quem refutat Wybo, *in Tribon. defens. Cap.* 4. *p.* 284. *seq.* Sed Triboniano haec etiam adscribit Otto, *in Papinian. Cap.* 17. *p.* 681. Graecos in hac Lege nonnihil mutare, notat Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* II. 22. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 787.

§. 1.

Quod pecuniam communem invaserit, vel in usus suos converterit (1),] Idem in casu *L.* 3. *et* 4. *Cod. h. t.*

Etiam mora non interveniente,] Nempe *ex persona*: *ex re* enim intervenit. *L.* 60. *pro soc.* (2). Vid. Cujac. *Obs.* XIII. 15. et Noodt. *de Foen. et Usur.* III. 10.

(1) Haec differunt. Vid. Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. Tit. pro soc. num.* 43.

(2)

(2) Ad quam vid. notata. add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* et Gluck. *hoc tit. p. 34. seqq.*

§. 2.

Paulus notat: quid enim pertinet etc.] Notans rationem, a Papiniano datam, quae non concludit, cum multis casibus caveatur etiam illis, qui remedia alia habent. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* add. Noodt. *de Foen. et Usur.* III. 11. (1).

Futuri temporis] Facit huc *L.* 55. *de re judic.* D. Goth. *in not.* „ Imo futuri temporis tractatus ad Judicem „ pertinet, etc. *L.* 7. *L.* 12. *si serv. vindic.*" Neutro loco agitur de usuris, sed de securitate actori praestanda; hic autem tantum sermo est de accessione. Idem dicendum ad *L.* 38. *pro soc.* et *L.* 41. *de Judic.* Vid. Cujac. *d. loc.* (2).

(1) Et Otton. *in Papinian. Cap.* 10. *p.* 301.
(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 3.

Nemo enim ambigit hodie,] Ex Constitutione Severi. Vid. Noodt. *de Foen. et Usur.* III. 15. (1).

In diem sententiae,] Non diutius: tempus enim judicati praestandi ab usuris immune. *L.* 3. *pr. h. t.*

Usuras praestari:] D. Goth. *in not.* „ Et quidem „ maximas, etc." Hoc non procedit, nisi cum pecuniam pupillarem in rem suam clam convertit. Vid. *L.* 7. §. 4. *et* 11. et *L.* 54. *de adm. et per. tut.*

(1) Ubi de hoc §. et de debiti oblatione et depositione: de qua vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 25. Voet. *ad eund. tit.* §. 17. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 93. §. 4. *seq.* add. S. Zimmern, *im Archiv. fur die Civilistische praxis, von Gensler* etc. 3. *B.* 1. *H. p.* 121. *seqq.*

L. II.

L. II.

Vulgo receptum est,] Post disputationem. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* (1).

Quoniam quale est, cum petitur, *tale dari debet*,] Vid. *L.* 15. *rat. rem hab.* Nimis restringit hanc regulam Ant. Faber. Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 93. *error.* 1. *num.* 9. *seqq.*

(1) Add. Zach. Huber. *Dissertat. Lib.* III. *Diss.* III. §. 4. *p.* 427.

L. III.

Ut usque ad sententiam etc.] A tempore litis contestatae (1), in casu scil., quo heres non quidem fuit in mora, sine tamen caussa judicium suscepit. Beyma, *ad h. l.* Azo et Cujacius exponunt de fructibus percipiendis. Alii malunt haec verba *usque ad sententiam* intelligere retro a die restitutionis ad sententiam: nam inter haec tempora tantum veniunt induciae hic memoratae. Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 32. Azonem et Cujacium sequitur Os. Aurel. *Dispunct.* 32. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 775. *seqq.*] quem vide.

Et forensium rerum expers, vel alias simplicitate gaudens, et desidia (1) *deditus*,] Clericos et Monachos a Triboniano intelligi, censet Merill. *Obs.* VIII. 20. Vid. *L.* 41. *Cod. de Episc. et Cleric.* et *L.* 26. *Cod. de Decurion.* (2).

(1) Hal. *desidiae.* Sed vid. Gluck. *d. loc. p.* 380.
(2) Monachos intelligit etiam D. Goth. *in not.* quem haec hausisse ex Cujac. *Obs.* XXI. 16. notat Duker.

ad

ad h. l. in Corp. Jur. Geb. et Spang. Vid. et Wissenbach. *loc. modo cit.* Aliter Bynkersh. *loc. modo laud.* et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Jo. Wybo, *d. loc.* Noodt. *ad Tit. Pand. de jur. et fact. ignor.* Marckart. *loc. laud.* Vid. et Walch. *ad Eckhard. Herm. jur.* I. 6. §. 252. *p.* 458.

§. 2.

Sin autem pro parte quaeritur,] Lege, *queritur* (1).

(1) Est vitium typographicum.

§. 3.

In omnibus autem visionibus, etc.] Id est, casibus (1). Non bene, Leonin. *Emend.* IV. 6. *num.* 6.

(1) Vid. Bynkersh. *Obs.* III. 12. add. de hac voce notata superius ad *L.* 25. §. 15. *de hered. petit.* et Gluck. *d. loc. p.* 374. *not.* 46. et *p.* 380. *seq.* Porro, *juramenti fidem* nihil aliud esse, quam ipsum juramentum, notat Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 5. *p.* 224. secutus Schulting. *ad Quinctil. Declam.* I. *p.* 11. qui tamen putat, ipsum Paulum *juramenti* non scripsisse. add. de hac voce notata superius ad *L.* 34. §. 5. *de jurejur.* et *in Addend.* Vid. et Gluck. *d. loc. p.* 381. *seq.*

§. 4.

Sin autem cautio indebite exposita esse dicatur, et indiscrete (1) *loquitur*, etc.] Vid. Mornac. *ad h. l.* Mev. *Decis. Part.* VIII. *Dec.* 336. (2). Si tamen solutum sit, quod ex indiscreto chirographo erat debitum, non repetitur. add. Huber. *Euri. Rom. p.* 775.

(1) Hal. *indistincte loquatur.* Sed vid. Gluck. *d. loc. p.* 383. *seq.* add. notata superius ad *L.* 45. *de usur. not.* 2. Male D. Goth. *in not.* reprehendere interpretem Latinum, quum ipsam potius lectionem grae-

cam

cam reprehendere debuisset, observat Hoffman. *Meletem ad Pand. Diss.* XX. §. 6.

(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 7. §. 1. *not.* 2*. Egit etiam de hoc §. de Retes, *Miscellan.* VIII. 21. *num.* 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 405.

L. XXVI.

Procula magnae quantitatis etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. h. l.*

Cum heredibus compensare vellet,] Geminandum *cum*, aut pro *compensare* legendum *cum pensare*, Bynkersh. *Obs.* VII. 8. (1).

Nunquam id a fratre, quamdiu vixit, desideratum etc.] Facit huc *L.* 17. §. 1. *de usur.* Fab. *in Cod.* VIII. 31. *Def.* 20. add. D. Goth. *in not.* et Mornac. *ad h. l.* qui ex Molinaeo notat, mala fide praesumi agere, qui rem differt, donec is, contra quem agere poterat primo, in vivis est, et qui facilius potuisset se defendere (2). — Aliud *L.* 8. *de act. rer. amot.* nec diuturnitas sola sufficit. *L.* 8. §. 1. *de alim. legat.* Merill. *Obs.* V. 20. nec decisio haec sequenda, nisi in circumstantiis plane similibus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 776. *seq.* qui contra Autumni censuram hanc Legem vindicat.

Divus *Commodus*] Est enim a Severo consecratus. Lamprid. *in Sever. Cap.* 17. Dion Cass. *Exc. Lib.* LXXV. *p.* 853. *L.* 6. *si cui plus quam per L. Falcid. lic.* Inscriptio, apud Sponium, *de Pag. Attic.* voc. κεφαλὴ (3).

(1) Add. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 20. Hal. *Procula cum magnae* etc. Vid. Gluck. *d. loc. p.* 391. *not.* 99.

(2) In seqq. Legis verbis pro *ratio* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 3. legit *actor.* Sed vid. Gluck. *d. loc. p.* 391. *not.* 3.

(3) Add. Bach. *Histor. Jur.* III. 2. *Sect.* 1. §. 7. Commodum Imperatorem de *fideicommissis* cognovisse, Papinianum hic referre; sed potuisse id fieri ex appel-

pellatione, notat Schulting. *ad Ulpian. Fragm. tit.* 25. §. 12. *not.* 30.

L. XXVII.

Qui usque ad certum modum capere potuerat (1),] D. Goth. *in not.* „Puta filio naturali, etc." Hi casus sunt ex jure novo, de quo non cogitavit Scaevola: ponendus est casus ex jure veteri, et quo pertineat, dubitat Brummer. *ad L. Cinc. Cap.* 12. *p.* 189. Merill. *Obs.* VIII. 21. (2).

In sinu meo habui] D. Goth. *in not.* „Leg. *habuit.*" Nihil mutandum (3).

Respondit, si Titius etc. *probare potuerit, exigi* (4):] Inde, soli assertioni prohibiti facere non standum. Vid. Cyriac. *Controv.* 262. *num.* 14.

Videtur enim eo, quod ille plus capere non poterat, etc.] Hinc illud: qui non potest donare, non potest confiteri. Vid. Mornac. *ad h. l.* Carpzov. *Definit. Forens. Part.* I. *Const.* 28. *Def.* 72. *et* 73. Fab. *in Cod.* III. 20. *Def.* 6. et *hoc tit. Def.* 4. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 130. Ant. Merend. *Controv. Jur.* XVI. 48.

(1) Hal. et Vulg. *poterat.* Vid. Brencm. *h.*

(2) Qui *Legem Cinciam* intelligit, sed quem refutat Brummer. *d. loc.* Ad *Legem Juliam et Papiam Poppaeam* Scaevolam respicere, putat Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Tertia* etc. quem sequitur Gluck. *d. loc. p.* 398. Additur in Lege: *Titio centum lego*, etc. id est, centum millia sestertium, ut paulo post *centum quinquaginta* scil. millia sestertium. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* I. 24. *num.* 4. et Geb. *h.*

(3) Ipsam locutionem *in sinu habere* illustrat Perrenon. *Animadv.* I. 13. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 609. et Scip. Gentil. *Parerg.* I. 23. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1296. *seq.* Vid. et Gluck. *d. loc. p.* 396. *not.* 15.

(4) *Exigi* pro *exigi posse.* Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 373.

L. XXVIII.

An operis facti memoria exstet,] Vid. de probatione memoriae existentis, Stryck. *de Jur. Sens.* VIII. 3. *num.* 11. *seqq.*

Et hoc ita (1) *quod Graeci dicere* (2) *solent, ἐν πλάτει enim potest hoc memoria non teneri:*] Ἐν πλάτει bis debere legi, vult Bynkersh. *Obs.* VII. 8. (3).

Sed cum omnium haec est opinio, nec audisse etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Mornac. *ad h. l.* Stryck. *de Jur. Sens.* III. 3. *num.* 9. *seqq.* Gail. *Obs.* II. 149. *num.* 7. *seqq.* Fab. *in Cod.* IV. 15. *Def.* 41. (4). Quinctil. *Inst. Orat.* V. 7. [*p.* 378. ed. Burm.] de *auditionibus; ipsi enim non sunt testes, et injuratorum adferunt voces.*

(1) *Et hoc id est,* legit Gifan. *in Ind. Lucret.* voc. *enim.*

(2) Nimium hic sibi tribuisse Taurell. contra consuetudinem suam, et Flor. esse: *quod graeci dici solent,* eamque scripturam simplicius mutari: *quod Graece dici solet,* notat Brencm. *h.*

(3) Et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Etiam Gluck. *d. loc. p.* 418. *not.* 92. et Heinecc. *in Epist. ad Pagenstecher. Oper. Tom.* III. *Syllog.* 4. *p.* 28. *seq.* qui praeterea pro *non teneri* legit *contineri.* Budaeus, *in Annot. ad h. l.* delet *non.* Raevard. *Varior.* I. 14. *Non enim potest hoc memoria non teneri.* Sed vid. Gluck. *d. loc. p.* 419. *not.* 93. Brencm. *h.* aut *etenim* legi posse ait, aut *potest enim,* aut etiam ista retineri, quum *enim* sine ullo praeposito etiam apud alios occurrat. Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 330. add. notata superius ad *L.* 17. *quib. mod. ususfr.* etc. et *in Addend. Etenim* tamen praefert van Dorp. *Obs. Cap.* 7. *p.* 58. quod forte nunquam apud JCtos haec vox praemissa reperiatur. De locutione ἐν πλάτει vid. notata superius ad *L.* 3. *de condict. tritic.* et Gluck. *d. loc. p.* 417. *not.* 91.

(4) Add. Gluck. *d. loc. p.* 420. *not.* 94. quem etiam vid.

Vid. *ibid.* p. 421. *not.* 95. de ultimis Legis verbis: *et hoc infinite similiter etc.*

L. XXIX.

Probationes, quae de filiis dantur, etc.] Ineptam in hanc Legem censuram exercet Autumnus. Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 778. *seq.* (1).

Si de fide earum constitit, nonnullam *vicem instrumentorum* etc.] *Constitit non nihil,* Nic. Catharin. *Obs.* I. 42. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 495.] Male (2).

(1) Explicuit hanc Legem Westenberg. *in D. Marco, Diss.* VII. *p.* 84. *seqq.* add. Gluck. *d. loc. p.* 422. *seqq.*
(2) Vid. Trotz. *de Memor. Propag.* L. 2. *p.* 111. *seq.* et Gluck. *d. loc. p.* 425. *seq.*

§. 1.

Mulier gravida repudiata, filium enixa absente marito, ut spurium in actis professa est:] Alia simili casu infantem exposuit, *L.* 29. *de manum. testam.* — De ritu liberos apud acta profitendi, Lips. *in Excurs. ad Tacit. Annal.* V. 4. Brisson. *Sel. Antiq.* I. 5. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Popp. Cap.* 7. *in not.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 217.] Capitolin. *in M. Anton. Philos. Cap.* 9. ubi docet, in Provinciis in Tabulariis idem factum ex Marci Constitutione. add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 249. *seq.*] Burg. *Elector. Cap.* 6. [in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 319. *seq.*] Vid. et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 213. *seqq.* (1).

Respondit, veritati locum superfore.] Vid. Mornac. *ad h. l.* et *ad L.* 13. *Cod. de non num. pec.* Gail. *Obs.* II. 97. *num.* 8. *seqq.* Voet. *ad Tit. Pand. de stat. hom. num.* 7. Coren. *Cons.* 12. Stockmans. *Decis. Brabant. Dec.* 66. (2)

(1) Add. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 49. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1164. *seq.* et notata superius ad *L.* 13. *et* 16. *h. t.*

(2) Add. Gluck. *d. loc. p.* 427. *seqq.* quem etiam vide *ibid. p.* 433. *not.* 44. de inscriptione seq. *L.* 30.

L. XXXI.

Commemorationem in chirographo pecuniarum, etc.] Abrogari hanc Legem per *L.* 13. *Cod. de non num. pec.* putat Mornac. *ad h. l.* Sed casus Legis illius est alius, et ideo quod cavetur hic, cavet et *Auth. si quis in alieno. Cod. de edend.* et ita Huber. *Eun. Rom. p.* 780. *seq.* quem vide (1).

(1) Add. Gluck. *d. loc. p.* 439. *seqq.*

TITULUS IV.

DE FIDE INSTRUMENTORUM, ET AMISSIONE EORUM (1).

Voce *instrumentorum* a Justiniano *publica*, *Literarum privata* intelligi, dicit Salmas. *de Modo usur. Cap.* 10. *p.* 426. Sed *p.* 427. notat, aliud esse *L.* 5. *Cod. de probat. L. ult. Cod. si cert. petat.* — Ad necessitatem illorum spectat locus Senecae, *de Benefic.* III. 15. — De variis illorum apud Veteres speciebus, Salmas. *d. loc. p.* 391. *seqq.*

(1) *Et amissione eorum* ab indice titulorum abesse, et hic certe superesse, ait Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* Adesse tamen in Basilic. et apud Hal., sed abesse a Vulg., notat Brencm. *h.* Singulas etiam hujus tituli Leges interpretatus est Gluck. *Ausf. erl. der Pand. hoc tit. p.* 4. *seqq.*

L. I.

Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, etc.] Vid. Quinctil. *Instit. Orat.* IV. 2. V. 7. *et* 9. XII. 8. (1).

(1) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 98. §. 1. add. Cujac. *in Recitat. ad h. t. Pand. Oper. Postum.* *Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 925. Gisb. Koen. *ad Loc. quaed. jur. deprav. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 4. *seqq.* Gluck. *d. loc. p.* 4. *seqq.* — In seq. *L.* 2. pro *ex indice et exemplo*, Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 11. mavult *ex indice vel exemplo*, et *indicem* interpretatur brevem quamdam annotationem. Porro, pro *ita si contractus* etc. Hal. habet: *ut ita contractus* etc. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. forte legendum dicit: *ita SIContractus.*, id est, *ita si sic contractus.* J. B. Koehler. *Interpr. et emend.* I. 12. §. 4. *ut siContractus*, id est, *ut sic contractus*; sed *ibid.* II. 9. §. 7. locum hunc ita interpungit, et emendat: *sed ex authentico conveniendus est. Ita, si contractus fides non possit ostendi.* add. Gluck. *d. loc. p.* 10. *not.* 29.

L. III.

Repetita (1) *quidem die* etc.] Vid. Huber. *Eun. Rom. p.* 781. *seq.* add. Mornac. *ad h. l.*

Sed falsi crimen, etc. *contractum non videri:*] Cum nulli sit nocitum.

Magisque debitor, quam creditor deliquerit.] Si quid peccatum sit.

(1) Alibi dicitur *praelato die.* Vid. D. Goth. *in not.* add. Gluck. *d. loc. p.* 15.

L. IV.

Et ideo et (1) *sine scriptura si convenit, ut hypotheca sit, et probari poterit, res obligata erit*, etc.] Quinctil.

Inst. Orat. V. 10. [*p.* 432. ed. Burman.] *Non in tabulis esse jus.*

Sicut et nuptiae sunt, etc.] Vid. Quinctil. *Inst. Orat.* V. 11. [*p.* 446.]

(1) *Et* apud Hal. abest. Praecedit in Lege: *quibus fit verbis.* Hal. et Vulg. *quibus sit verbis*, quod praefert Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et subintelligit *obligata.* Sed *quibus fit verbis* etiam legitur in *L.* 4. *de pign. et hyp.* add. Gluck. *d. loc. p.* 18. *not.* 50. — Ad seq. *L.* 5. vid. Bynkersh. *Obs.* III. 21.

L. VI.

Si de tabulis testamenti deponendis agatur, etc. *semper seniorem juniore* (1), etc.] Non idem, si jam quis in possessione instrumenti sit. Mev. *Decis. Part.* VIII. *Dec.* 476.

(1) Al. *juniori*, atque ita rescribendum, et mox *inferiori*, monet Brencm. *h.* Sed et Taurell. rescribere debuisse *juniorE*, et mox *inferiorE*, addit *ibid.* Geb.

TITULUS V.

DE TESTIBUS.

Vid. Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 13. Cicer. *Pro Flacco*, *Cap.* 4. *seqq.* et an iis solis credendum, Idem, *Pro Frontejo.* — Ad hos confugiendum deficientibus instrumentis. Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad h. t. Cod.* Facit huc *L.* 3. §. 2. *h. t.* — Multa de his ex Jure Attico Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 30.

L. I.

L. I.

Testimoniorum *usus frequens, ac necessarius est* (1).] *Scripta* intelligit Salmas. *ad Jus Rom. et Attic. Cap.* 30. *p.* 779. quod non probo (2).

(1) *Et maxime ex Graecis*, addunt Basil.: de quo vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 4.

(2) Add. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa, p.* 261. et Gluck. *hoc tit. p.* 130. Pro *exigendus* Schrader. legere mavult *exigenda sunt.* Vid. Gluck. *d. loc. p.* 132. *not.* 69. — In seq. §. 1. pro *testimonium* Catharin. *Obs. et Conj.* III. 50. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 790. legit *testimonia*, et pro *nec ulla lege, nec Julia lege.* Neutrum probo.

§. 2.

Quamquam quibusdam Legibus etc.] Vid. D. Goth. *in not.* et Maynard. *Dec. Tolos.* IV. 61. *Decem* etiam erat numerus laudatorum. Vid. Cicer. *in Verrem*, V. 22.

Ne effrenata potestate etc.] Add. Cicer. *pro Flacco, Cap.* 5.

L. II.

In testimoniis autem dignitas, fides, etc.] Vid. Cicer. *pro Rosc. Comoed. Cap.* 15. et *Cap.* 1. *X. de testib. Testimonia scripta* intelligit Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 30. *p.* 787. Male (1).

Adversus fidem suam *testationis*] An, *suae* (2).

(1) Add. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa, p.* 261.

(2) Sic etiam Hal. et mavult Brencm. *h.* Vid. et Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 6. §. 4. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1105.

L. III.

Testium fides diligenter examinanda est; etc.] Vid. Mornac. *ad h. l.* et Glosf.

Vel an inimicus ei sit,] D. Goth. *in not. summus scil.* Ubi id exigitur ? — Quid si utrique ? Vid. Carpzov. *Def. Forens. Part.* I. *Const.* 16. *Def.* 56. et de speciebus inimicorum, *ibid. Def.* 66. *et* 67.

§. 1.

Et qui simpliciter *visi sint dicere*,] *Similiter Al.*, ut notat Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad h. t. Cod.* (1).

Utrum unum eundemque meditatum *sermonem attulerint*,] D. Goth. *in not. praemeditatum*, *Hal.* Vulg. bene se habet.

An ad ea, quae interrogaveras (2), ex tempore *verisimilia* (3) *responderint.*] Unde non probandum, ut ex libello recitetur testimonium, vel is offeratur Judici.

(1) Basil. habere: οἱ ἁπλῶς μαρτυροῦσιν, notat Brencm. *h.*
(2) *Interrogaveris*, Bondam. *Animadv. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 11. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 213.
(3) Forte legendum *fere similia*, conjicit Clar. M. Tydeman.

§. 2.

Alias (1) *veluti* consentiens fama *confirmat rei*, etc.] Simplici enim credere, periculosum. Vid. Tertullian. *Apolog. Cap.* 7. et *ad Nation.* I. 7. Quinctil. *Inst. Orat.* V. 3. *Sensus civitatis*, Quinctil. *Declam.* 269. *Testimonium multitudinis*, Cicer. *in Topic. Cap.* 20. quod tamen nimis extendit Idem, *pro Cluent. Cap.* 37. add. D. Goth. *in not.* et Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* III. *Cap.* 4. *num.* 22. *seqq.*

Quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris (2).] Add. Cicer. *pro Fontej. Cap.* 6. *et* 7.

(1) In praecedentibus verbis pro *quae argumenta ad quem modum probandae cuique rei sufficiant*, etc. Bon-

Bondam. *loc. modo laud.* legit: *quae argumenta, et quemadmodum, cuique rei probandae sufficiant*, etc.

(2) Hal. *opineris*.

§. 3.

Testibus se, non testimoniis, *crediturum.*] Aliud apud Graecos. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 30. *p.* 780. *seqq.* et *p.* 832. *seqq.* Forner. *Selection.* III. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 81. *seqq.*] Improbantur merito *h.* et §. *seq.* maxime in criminalibus. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* add. Maynard. *Decis. Tholos.* VI. 81. qui laudat Ferret. *ad h.* §. et Lang. *in Otio Sem.* IV. 1. add. Scip. Gentil. *in Apolog. Apulej.* [*Oper. Tom.* VI. *p.* 204.] Herald. *de rer. judic. auctor.* I. 6. *num.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1104. *seq.*] *Consignationes* vocat Quinctil. *Instit. Orat.* XII. 8. [*p.* 1079. edit. Burm.] (1).

(1) In seq. §. 4. Graecos *Gabinium* perperam mutasse in *Sabinum*, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 6. et verbis *quae recitari solent*, Hadrianum respexisse ad illud solenne Oratorum *recita*, observat G. Koen. *Diss. ad loc. quaed. jur. Deprav. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 5. Vid. et Gluck. *hoc tit. p.* 131. *not.* 67.

§. 5.

Lege Julia de vi] *Cap.* LXXXVIII. Vid. Ulpian. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 9. §. 2.

Qui se ab eo, parenteve ejus liberaverit:] Quod et alias antiquitus cautum. Dion. Halicarnass. II. *p.* 84. add. locum Ulpian. modo laud., ubi haec exstant plenius (1).

Qui eorum in integrum restitutus non erit: quive in vinculis etc.] *Restitutus non erit, quive in vinculis* etc. scil. ex caussa publici criminis. Ita Huber. *Eun. Rom. p.* 783. et in *Prael. ad h. t. Pand. num.* 9. (2).

(1) Ubi pro *qui se ab eo — libertus libertaverit* legendum: *quive ab eo — libertus libertave erit*, atque ita etiam fortasse rectius, legi hoc loco, observat Clar. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell.* I. 7. §. 1. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 51. probante Mollero, *Diss. Select. quaed. contin.* *Cap.* 6. §. 9. in eod. Thes. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 151. *seq.* J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 7. *p.* 114. utroque loco scriptum olim fuisse putat: *qui sive ab eo, parenteve ejus, libertove cujus eorum, libertus, libertave erit.*

(2) Sequitur: *quive ad bestias, ut depugnaret*, etc. Hal. *quive cum bestiis ut depugnet*, etc. Vid. Brencm. *h.* add. de his notata superius ad *L.* 1. §. 6. *de postuland.* Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 4. H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL Mos. et Rom p.* 215. *seqq.* et Wouweren, *ad Petron. Satyric. Cap.* 117. *p.* 541. ed. Burm. Pro *quaeve palam quaestum faciet* Hal habet *faciat*. Vulg. *facit.* Sed *faciet*, quod etiam exstat apud Ulpian. *in Coll. LL. Mos. et Rom. loc. modo laud.* tuetur Bynkershoek. *Obs.* VI. 25. *num.* 4. et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. add. Marckart. *Interpr. rec. Lection.* I. 23. §. 2.

§. 6.

Et multo minus milites avocandi sunt a signis vel muneribus.] *Numeris*, ut *L.* 31. *in fin. Cod. de loc. cond.* et sic Basil. N. Catharin. Obs. [I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 488.] qui et *avocare* notat esse *ab officio vocare* (1).

(1) Add. de hoc §. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* VIII. *p.* 94. *seqq.* ubi §. 10. conjecturam Catharini probabilem dicit. *Numeris* legit quoque Brencm. *h.* Sed Gebauer. *ibid. muneribus* tuetur. In seqq. verbis pro *in quam judicat* rescribendum: *in qua judicat*, notat Brencm. *h.* Al. *in qua judicatus fuerit*, vel *judicatum*, vel *judicaturus fuerit.* Vid. *ibid.*

L. IV.

Paulus Lib. II. *ad L. Juliam et Papiam.*] Occasione hujus Legis: non vero fuere haec inter Capita Legis. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 189. Gravin. *Orig. Jur. Civ.* III. 47. [p. 363. edit. Mascov.] (1). Contra Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 216.] (2)

Lege Julia] D. Goth. *in not.* „De qua *L.* 3. §. 5. *eod.*" Imo sunt diversae.

Ne invito denuncietur, ut testimonium litis (2) *dicat adversus socerum*, etc.] Volentes igitur admittuntur. Imo hodie quandoque coguntur. Vid. Someren. *de Jur. Novercar. Cap.* 15. *num.* 6. — Denunciatio testibus ex Legibus publicorum judiciorum facta. Quinctil. *Inst. Orator.* V. 7. [*p.* 379. ed. Burm.] — Scripsisse Paulum: *ne invito denuncietur testimonium adversus socerum* etc. putat Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 30. *p.* 884. (3).

(1) Add. M. Temminck. *Diss. ad Fragm. quaed. L. Jul. de judic. Cap.* 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom,* II. *p.* 85. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

(2) *Litis criminalis* Graecos plenius vertisse, notat Leunclav. *Notat.* II. 50. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1516. Ex ratione tamen juris novi etiam ad causas Civiles pertinet. Vid. B. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa*, *p.* 284. add. Someren. *loc. laud.* et Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* VIII. §. 9.

(3) Pari modo Catharin. *Obs. et Conj.* III. 50. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 790. Sequitur: *eosve qui priore gradu sint.* Vulg. haberc *propiore*, sed Florentinam *priore* defendere Bynkersh. *Obs.* I. 4. notat Brencm. *h.* add. Temminck. *loc. modo laud. p.* 86.

L. V.

In Legibus (1), etc.] Hoc etiam L. Julia et Papia

cautum. *L.* 146. *de verb. signif.* Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 216.] quod tamen non male negat Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 189. (2).

(1) Id est, non tantum in *L. publicorum Judiciorum*, sed etiam *in L. Jul. de vi* etc. Pithoeus, *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 9. *not.* 6.

(2) Add. Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 8. *p.* 767.

L. VI.

Quibus imperari potest, etc.] Hoc extendunt quidam ad subjectos in caussa Principis. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Constit.* 16. *Def.* 64. et ad debitorem in caussa creditoris, non contra, *ibid. Def.* 67.

L. VII.

Servi *responso tunc credendum est*, etc.] Quomodo huic vilitas detrahat fidem, Quinctil. *Declam. ult.* [p. 788. ed. Burm.] — Frequens hoc olim, Quinctil. *Declam.* 312. et notat, eos tunc tortos. add. Terent. *in Phormion. Act.* II. *Scen.* I. *vs.* 63. (1).

(1) Vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 100. §. 8. add. notata superius *ad L.* 7. *de probation.* et ad *L.* 58. §. 2. *de Aedilit. Edict.*

L. VIII.

Inviti testimonium dicere non coguntur senes, etc.] Hoc limitat post Bartolum Mornacius, *ad h. l.* modo aliter veritas sciri possit (1).

(1) Non cogi eos testimonium dicere *in judicio*, putat Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* VIII. §. 10. *p.* 99. *seq.* add. Gluck. *hoc tit. p.* 182. *seq.*

L. X.

L. X.

Nullus idoneus testis in re sua intellegitur.] Vid. Cicer. *pro Rosc. Amerin. Cap.* 36.

L. XI.

Ad fidem rei gestae faciendam etiam non rogatus testis etc.] De negotiis, in quibus rogari debuerunt, vid. Merill. *Obs.* VIII. 37. — Exceptio, *Nov.* 90. *Cap.* 2. ubi Cujac. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 22. *num.* 13. Locus alioquin hic etiam ad contractus pertinet, saltem aliquando, quidquid dicat Forner. *Select.* II. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 56.] Sed is sequitur Harmenop. I. 6. §. 38. quem refellit Merill. *Obs.* VIII. 22. (1).

(1) Schraderum, *ad h. t. Dig. p.* 52. *not. a.* citat Gluck. *hoc tit. p.* 133. *not.* 74.

L. XII.

Pluralis enim elocutio (1) duorum *numero contenta est.*] Conf. *L.* 17. *in fin. de manum. testam.* (2).

(1) *Locutio*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Houck. *de Ration. Vett. JCtor. falso susp. Cap.* 2. §. 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 348. *seq.* et Gluck. *tit. de Legib.* §. 86. *p.* 444.

L. XIII.

Sed neque Lege Remmia (1) *prohibentur*:] Vid. Brencm. *de L. Remm. exitu*, *Cap.* 12. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1605. *seqq.*]

Quod integrae frontis *homo dixerit*,] Otto, *in Papinian. Cap.* 7. §. 2. *p.* 131. putat, ad veterem morem alludi (2).

(1) Graecos in Basil. [*Tom.* II. *p.* 552.] eam perperam vo-

vocare νόμον Σέρβιον, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 6. Sequitur: *non omittetur religione judicantium.* add. de his verbis Otton. *in Papinian. Cap.* 14. §. 6. *p.* 523. et notata superius ad *L.* 79. §. 1. *de judic.*

(2) Add. Brencm. *loc. modo cit. Cap.* 5. *p.* 1586. *seq.* Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 241. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 1359. Hugon. *de Prim. Scrib. Orig. p.* 139. *in not.* Eum, quem nihil pudet, interpretatur Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposit.* II. 51. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 394.

L. XV.

Repetundarum damnatus,] Add. casum *L. praec.*

Nec ad testamentum,] Dissentit Ulpianus in *L.* 20. §. 5. *qui testam. fac. poss.* ubi vide (1).

(1) Add. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 100. §. 7. Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de viol. emendat. in Jur. Civ. non adm. Cap.* 3. *p.* 110. H. Cannegiet. *Obs.* I. 17. P. J. de Fremery, *Spec. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 8. *p.* 28. *seq.* — In seq. §. 1. pro *incalescentis*, Al. habent *invalescentis*, quod praefert Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 5. et Rittershus. *ad Paul. Sent.* III. 4. *in fin. not.* 46. Sed nihil mutat Schulting. *ibid.* et Idsinga, *Varior. Cap.* 12. *p.* 105.

L. XVI.

Qui falso vel varie (1) *testimonia dixerunt,*] Basil. [*Tom.* II. *p.* 515.] πλαστῶς ἢ ἐναντίως. Vid. de iis Freher. *Parerg.* I. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 902.]

Vel varie] Quales commemorat Cicer. *pro Rabir. Postum. Cap.* 12. Interdum tamen variare potest testis, maxime se explicare. Cyriac. *Contr.* 250. *num.* 26. *seqq.* Vid. et Consil. JCtor. Batav. *Part.* I. *Cons.* 330.

Competenter] A Triboniano forte, qui omisit poenarum genera (2). Male Harmenopolus (3) *competenter*

but.

bus. Vid. Merill. *Obs.* VIII. 22. et Rittersh. *ad LL.* XII. *Tabb. Class.* II. *Cap.* 6. (4).

(1) Sic etiam apud Paul. *in Sent.* V. 15. §. 5. Hal. *falsa vel varia.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Add Hoffmán. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 8. §. 6. in Jurispr. antiq. Fellenb. *Tom.* I. *p.* 279.
(3) Etiam Gr. in Basil. Vid. Leunclav. *Notat.* II. 50. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1516.
(4) Add. Schulting. *ad loc. Paul. modo cit. not.* 16.

L. XVIII.

Colligitur (1), *etiam mulieres testimonii in judicio dicendi jus habere.*] Exemplum apud Ascon. *arg. Orat. pro Milon.* Ciceron. *in Verr.* I. 37. add. Tacit. *Annal.* II. 34. Secus apud Hebraeos. Joseph. *Antiq.* IV. 8. *p.* 107. et forte apud Romanos Veteres. Vid. Gell. *Noct. Attic.* VI. 7. *L. unic. Cod. Theod. de rapt. virgin.* D. Gothofred. *ad Novell. Leonis* 48. (2).

(1) Graecos id ex alia Lege colligere, nempe ex *L. Julia de vi*, observat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 4.
(2) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 100. §. 4. add. Nerium, *Analector.* II. 12. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 409. *in fin.* et Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 4. §. 10. in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 205. *seq.* Locum Gellii laud. non recte intellectum esse ab Augustino et Charonda, observat Reinold. *Varior.* V. 6.

L. XIX.

Inviti testimonium non dicunt publicani:] D Goth. *in not.* „Cur ita? colligere potes ex *L.* 15. etc." Forte magis ex *L.* 8. *h. t.* add. Huber. *Eun. Rom. p.* 786. *seq.* (1). Pergit Goth. „unde forte non male verba: „*item is cui exercitui* etc. conjungerentur voci *publicani*,

„ et

„ et loco *item is cui* legeretur: *tunc cum quid exercitui* „ etc." Mutatio haec mihi non probatur, et Basil. ut textus (2).

Item is qui quid exercitui praebendum conduxerit.] D. Goth. *in not.* „ *Item is qui praebenda exercitui conduxe-* „ *rit*, Alciatus etc. reprehensus a Cujacio, etc." Recte (3).

(1) Add. Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* VIII. §. 10.
(2) Add. Huber. *loc. cit.* et Marckart. *Probab. rec. lect.* *Part.* I. *p.* 11. ubi et de verbo *detractandi*, pro quo Al. habent *detrectandi*.
(3) Add. Marckart. *d. loc.* et Raevard. *Varior.* V. 4. Olim Flor. fuisse: *qui exercitui praebendam conduxerit*, notat Brencm. *h.* — Ad seq. §. 1. vid. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 100. §. 5.

L. XX.

Aut qui minor viginti annis erit.] Ergo is in criminali caussa non idoneus testis (1). Dissentit Merill. *Obs.* VIII. 22 D. Goth. *in not.* „ Imo, minor viginti annis „ torqueri potest in crimine laesae majestatis etc." Nota supervacua, nec textus id dicunt.

(1) Conf. Schulting. *Thes. Contr. Dec.* 100. §. 5.

L. XXI.

Ob carmen famosum damnatus, intestabilis fit.] Ex SCto (1) Vid. *L.* 18. §. 1. *qui test. fac. poss.* Facit huc Tacit. *Annal.* VI. 40. add. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1348. *seq.*]

(1) Quod ad Augustum refert Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 45.

§. 2.

§. 2.

Si ea rei conditio sit, etc.] Vid. Harmenop. I. 6. §. 10. eumque refutantem Merill. *Obs.* VIII. 22.

Sine tormentis testimonio ejus credendum non est.] Id in Frisia factum quandoque in causa atroci, testibus vilibus et non congruis. Sand. *Decis.* V. 8. *Def.* 7. — add. D. Goth. *in not.* et Huber. *Eun. Rom. p.* 787. *seq.* Durum tamen. Augustin. *de Civit. Dei*, XIX. 6.

§. 3.

Si testes omnes ejusdem honestatis etc.] Vid. Quinctil. *Inst. Orat.* V. 7.

Si vero ex his quidam eorum (1) *aliud dixerint*, etc.] Vid. *Nov.* 90. *Cap.* 3. add. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 16. *Def.* 42. *et seqq.*

Credendum est: sed quod etc.] Lege: *credendum est id, quod* etc. (2). Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 33. omittit *sed.*

Confirmabitque Judex motum animi sui etc.] Facit huc *L.* 13. *h. t.* (3).

Non enim ad multitudinem respici oportet, etc.] Vid. Cicer. *pro Fontejo*, *Cap.* 6. (4).

(1) *Eorum* apud Hal. abest. Geb. *h.*

(2) Sic etiam G. Koen. *Diss. ad loc. quaed. jur. deprav. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 3. *seq.* Jo. Canneg. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. tit.* 8. §. 7. *p.* 224. pro *sed* reponit *et.*

(3) Sequitur: *et quae rei aptiora* etc. Koen. *d. loc.* τὸ *et* omitti mavult. Abest etiam apud Hal. Vulg. *quae et.* Vid. Brencm. *h.*

(4) Add. Phaedr. *Lib.* IV. *Fab.* 4. in fin. ibique Rittershus. Pro *testimoniorum* in seqq. verbis Koen. *d. loc.* legit *testium* add. Walch. *ad Eckhard. Herm.*

Jur. I. 2. §. 48. quod tamen non necesse putat Jo. Cannegiet. *loc. modo laud.*

L. XXII.

Vel signatores] Ad testationes, quae extra judicium fiebant, quaeque etiam solebant signari, hoc refert Herald. *de Rer. Judic. auctor.* I. 6. *num.* 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1105.] et Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 30. *p.* 787. Et hic de volentibus dare testimonium (1).

(1) Add. B. Voorda, *in not. ad Prael. Jan. a Costa*, *p.* 261. et in primis H. Oosterdyk. *Diss. ad Fragm. quae ex Venul. Saturn. Lib. de Offic. Procons. supersunt*, *Cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 495. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. XXIII.

Produci testis is (1) *non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit.*] Voluntarie, Maynard. *Decis. Tholos.* IV. 86. quem vide. add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 15. *Cap.* 2. Budaeus legit: *non potest in reum, qui in eum testimonium* etc. Vid. D. Goth. *in not.* Probante Busio, *Subtil.* I. 16. (2). Basilic. ut in textu.

(1) *Is* apud Hal. abest.
(2) Sed displicet haec emendatio Cujacio, *Obs.* II. 23. cujus explicationem rursus improbat Forner. *Select.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 57. et Gundling. *Part.* IX. *Obs.* 2. §. 3. *p.* 361. *seqq.* qui pro *in eum reum* legit *in eam rem*, probante Heineccio, *in Praef. ad Bynkersh. Libb. Obs. p.* XV. Sed vid. Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p* 17. *seq.* et Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Aliter Duaren. *Disp. Anniverss.* I. 29. cui subscribit Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 34. et Puttman. *Advers. jur. univ.* II. 21. *p.* 166. Nihil

hil difficultatis superesse, si *eum* intelligas *eundem*, putat Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 2. *p.* 219.

L. XXIV.

Testes eos, quos accusator de domo produxerit (1), etc.] Vid. Tatianus, *Contra Graecos*, *p.* 142. (2).

(1) *Produxerit* etiam apud Paul. *in Sent.* V. 15. §. 1. Sed in *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 9 §. 3. *eduxit.*
(2) Add. Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1417.

L. XXV.

Ne patroni in caussa, cui patrocinium praestiterunt, testimonium dicant.] Facit huc Cicer. *in Verr.* II. 8. *in fin.* ubi Ascon. (1) add. Sand. *Decis.* I. 10. *Def.* 4. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 16. *Def.* 59. *et* 60. Mev. *ad Jus Lubec. Part.* V. *Tit.* 2. *Art.* 2. Exceptio apud Eund. *Decis. Part.* VIII. *Dec.* 56. An contra clientem? Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 17. In utramque partem disputat Herald. *de Rer. judic. auct.* II. 4. *et* 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1167. *seqq.* et *p.* 1182. *seq.* improbat tamen id fieri.

Quod et in executoribus negotiorum *observandum est.*] *Proxenetas* et *Pararios* intelligit Herald. *d. loc.* II. 4. *num.* 5. *et* 6. [*p.* 1172.] et huc refert *Nov.* 90. *Cap.* 8.

(1) Citat hunc locum quoque Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

TITULUS VI.

DE JURIS ET FACTI IGNORANTIA (1).

(1) Singulas hujus Tituli Leges exposuit Cujacius, *Oper. Post. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 928. *seqq.* et Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. hoc tit. p.* 264. *seqq.* ubi etiam alios, qui de hoc argumento egerunt, scriptores laudavit. add. Ampl. Corn. Felix van Maanen, *Diss. de ignorantiae et erroris natura, et effectibus, praecipue in contractibus et delictis.* Lugd. Batav. 1793. et Mühlenbruch, *ueber juris und facti ignorantia, und deren einfluss auf Rechtsverhältnisse, im Archiv fur die Civilistische praxis, von Gensler etc.* 2. *B.* 3. *H. p.* 361. *seqq.*

L. I. (1).

(1) Ad verba §. 1. *idem est, si frater consanguineus* etc. vid. B. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 1. §. 2. add. Gluck. *d. loc. p.* 267. *seq.*

§. 4.

Idem dicemus, si ex asse *heres institutus* etc.] Nullus hic accretioni locus, nec Legi Papiae (1).

(1) Conf. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 17. §. 1. *not.* 7. et Gluck. *d. loc. p.* 270. *seqq.* qui etiam alios laudat. add. Merill. *Obs.* V. 9. — In Inscriptione seq. *L.* 2. Claud. Chevallon. pro *Neratius* perperam legere *Martianus*, notat Gluck. *d. loc. p.* 281. *Jus finitum* Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 1. §. 3. interpretatur, suis semper limitibus circumscriptum, ultra quos nihil nec praecipi, nec vetari, nec permitti constat. quem etiam vid. *ibid.* de seq. *L.* 3. add. Gluck. *d. loc. p.* 285. *seqq.* — In seq. *L.* 4. pro *ignorantiam* etiam Cod. Erlang. habere *ignorantia*, uti Hal. et Vulg. notat Gluck. *d. loc. p.* 299. quod autem de *usucapione* ibi traditur, exemplo illustra-

ſtrari in *L.* 2. §. 15. *pro emtor.*, monuit etiam Voorda, *d. loc.* §. 6.

L. V.

Terentius Clemens (1) *Lib.* II. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad Cap.* 4. *L. Jul. et Pap.* [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 214.] Oſ. Aurel. *Dispunct.* 43. [in eod. Theſ. *Tom.* III. *p.* 397.] Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 189. (2).

(1) Chevallon. *Neratius*, perperam. Vid. Gluck. *d. loc. p.* 306.

(2) Quem genuinam hujus Legis ſpeciem eruiſſe, ſed poteſtatem uſumque verbo pateſeciſſe magnum Cujacium, *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 51. *de Aedil. Edict.* notat Voorda, *Theſ. Contr. Dec.* 1. §. 10. In verbis: *ſcientiam alterius quam ſuam*, Graecismum latere, et ſubintelligendum *potius*, vel *magis*, putat Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* II. 10. §. 2. in Theſ. Meerman. *Tom.* V. *p.* 150. Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* V. §. 10. *p.* 30. pro *quam ſuam* legere mavult *quaſi ſuam*.

L. VI.

Ulpianus Lib. XVIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. Caduc. Cap.* 35. [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 239.] et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 442.

L. VIII.

Error facti ne maribus quidem etc.] Regulam hanc multas exceptiones habere, ait Huber. *Eun. Rom. p.* 768. *ſeqq.* qui de ea plenius. Vid. et Cujac. *ad Libb. Papinian. Defin. in expl. h. l.* ſed caute. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* nihil extricat (1).

Ceterum omnibus juris error in damnis amittendae rei ſuae non nocet.] Ergo ſi plane indebitum ſolverimus, ſu-

pererit in perſonam actio ad repetendum (2). Facit huc *L.* 14. §. 1. *de verb. ſignif.* Baſil. Schol. [*Tom.* I. *p.* 100.] caſum ponunt in eo, qui pretium ſolvit rei debitae, ante moram peremtae.

(1) Late de hac et praecedente Lege, laudatis etiam aliis auctoribus, egit Gluck. *d. loc. p.* 316. *ſeqq.* add. Voorda, *Theſ. Contr. Dec.* 1. §. 4. et Ampl. van Maanen, *Diſſ. ſupra laud. p.* 40. *ſeqq.*

(2) Conf. Schulting. *Theſ. Contr. Dec.* 44. §. 3. Sed qui indebitum *ſolvit*, non laborat de damno *amittendae* rei ſuae, ſed *amiſſae.*

L. IX.

Juris quidem ignorantiam cuique nocere,] Id eſt, *non prodeſſe* (1).

Ante praemiſſo,] D. Goth. *in not.* „ Al. *praemit-* „ *to* (2).“ Minus recte.

(1) Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Expoſita est facti* etc. et Voorda, *Theſ. Contr. Dec.* 1. §. 4.

(2) Vulg. *eo ante praemiſſo.* Vid. Brencm. *h.* et ſic etiam Cod. Erlang. Vid. Gluck. *d. loc. p.* 340. *not.* 64. quem vide de hac Lege.

§. 1.

Et ideo ei dies aditionis non cedit.] Καὶ τρέχει ὁ χρόνος τῆς κληρονομίας, Baſ. [*Tom.* I. *p.* 96.] (1).

(1) Adest negatio etiam in Vulg., ſed in nonnullis MSS. deſideratur, vel ſaltem ſuppleta eſt. Vid. Brencm. *h.* Exſtat etiam negatio in Cod. Erlang., eamque retinendam cum Fornerio et Jauchio, putat Gluck. *d. loc. p.* 341. *not.* 68. add. Idem, *ibid. p.* 355. *not.* 15.

§. 4.

Plus in re eſt, quam in exiſtimatione mentis.] *Ementis* le-

legit Herald. *Obs. Cap.* 35. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1357.] (1). Vere.

(1) Quod non observatum miror, a Gluckio, *d. loc. p.* 362. *seq.* hanc Legem alioquin magna diligentia explicante.

L. X.

Papinianus Lib. VI. *Responsorum.*] Junge *L.* 2. *de successor. edict.* (1).

(1) Pro *nihil posse scire*, ut Taurell. edidit, in archetypo esse: *nihil posse vel scire*, testis est Brencm. *h.* eamque lectionem confirmare Basil., observat Gluck. *d. loc. p.* 368. *not.* 51. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 6. et Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 168. Al. *nihil posse de facto vel de jure scire*, et sic etiam Cod. Erlang. Vid. Gluck. *d. loc.*





LIBER VICESIMUS TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

DE SPONSALIBUS.

Vid. Fr. Hotoman. *de Sponsalib.* (1).

(1) Alios etiam, qui de hoc argumento consuli possint, citat Gluck. *Ausf. Erl. der Pand. hoc tit. p.* 376.

L. I.

Sponsalia sunt mentio etc.] Vid. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Cod.* (1). De convenientia et differentia nuptiarum et sponsaliorum D. Goth. *in not.* add. Franc. Hotoman. *de Sponsal. Cap.* 4. (2).

(1) Add. de hac definitione, quae ab omnibus non eodem modo explicatur, Gluck. *d. loc. p.* 377. *seqq.*
(2) Vid. et Voet. *ad h. t. Pand.* §. *ult.*

L. II.

Nam moris fuit veteribus stipulari, etc.] Vid. Brisson. *de Ritu nuptiar.* in pr. [*Oper. minor. p.* 287. *seqq.*] (1). Donatus, aliique dicunt, sponsum *desponderi*, sponsam *sponderi*, quod non probat A. Hotoman. *de Ritu nuptiar. Cap.* 9. et traducit Fr. Hotoman. *de Sponsal. Cap.* 3. (2) *Pactae Sponsae*, Augustin. *Confession.* VIII. 3. 7. (3).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Instit. de verb. oblig.* §. 20 et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 2. §. 1. *et* 2.
(2) Add. Cujac. *Obs.* XVI. 33. Grot. *in Flor. Sparsion.*

ad

ad h. t Pand. p. 180. Brouwer. *de Jur. connubior.* I. 1. *num.* 7.

(3) De discrimine inter *speratas*, *pactas*, et *sponsas*, Gronov. *ad Gell. Noct. Attic.* IV. 4. add. Trekell. *ad Brisson. de ritu nuptiar. p.* 289. et Gluck, *hoc tit. p.* 379. *not.* 87. — Sequitur in *L.* 4. §. 1. *Denique constat, et absenti absentem desponderi posse.* Jure novo, non olim. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 2. §. 1. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4.

L. VII.

Utrum testatio *interponatur* etc.] Hotoman. *de Sponsal. Cap.* 3. hinc colligit, requiri, ut fiant coram testibus: quod tamen hic non dicitur (1). Idem putat, adhibitos decem testes, ex Ambros. *de Virgin. Cap.* 5.

(1) Basil. *Tom.* IV. *p.* 213. *καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως μνηστεία γίνεται*, ut notavit quoque Brencm. *h.*

§. 1.

Nisi evidenter dissentiat,] Add. *L.* 12. §. 3. *de capt. et postlim. rev. L.* 5. *Cod. de nupt.* Mev. *Decis. Part.* VIII, *Dec.* 40. et *Part.* IX. *Dec.* 198. (1).

(1) Ad seq. *L.* 8. vid. Gluck. *hoc tit. p.* 108. *not.* 86.

L. IX.

Quaesitum est apud Julianum, etc.] Vid. *L.* 32. §. 27. *de donat. int. vir. et uxor.*

Collatae] Emendant alii. Vid. D. Goth. *in not.* Defendit Leonin. *Emendat.* VII. 16. (1). Tricatur Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 3. Exempla ubi dicuntur *conjuges*, ex Inscriptionibus dat Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 183.

(1) Etiam Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 2. §. 4. Vid. et Gluck. *tit. de rit. nupt. p.* 143. *not.* 14. *Collocatae*, cum Cujacio, legit quoque Ranchin. *Var. Lection.*

 II.

II. 4. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 939. *Copulatae*, van Eck. *ad h. t. Pand.* §. 4. et H. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 184. *Conflatae*, Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. X.

Vel contractis, vel non contractis,] Exstant in Basil. [*Tom.* IV. *p.* 215.] (1).

(1) Absunt apud Hal. Vid. Geb. *h.*

L. XII.

§. 1.

Si indignum moribus,] Τοῖς τρόποις ἀνάξιον, Basil. (1) add. Ranchin. *Var. Lection.* II. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 939.] — Rectius multos aliud servare, fatetur et Huber. *Eun. Rom. p.* 794.

(1) D. Goth. *in not.* „ Al. *indignis moribus.* Al. *indignum majoribus.*" Sed lectionem Florentinam Basil. confirmare, observavit etiam Höffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXI. §. 1.

L. XIII.

Filiofam. dissentiente etc.] Vid. Ranchin. *cit. ad L. praec.* (1).

(1) Legem hanc, quae est ex *Paul. Lib.* V. *ad Edictum*, ubi egit de *postulando*, et de *infamibus*, huc translatam esse, et Legi praec. ilico subjectam, ut appareat, plus juris patri competere in contrahendis *sponsalibus* filiaefam., quam filiifam., observat Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 2. §. 3. Sed cavendum *ibid.* monet, ut idem statuas de *nuptiis*: quod discrimen alii negligunt, etiam Gluck. *hoc tit. p.* 428. *seq.*

L. XIV.

L. XIV.

In sponsalibus contrahendis aetas contrahentium definita non est,] Vid. Paul. *in Sentent.* II. 19. §. 1.

Quapropter et a primordio aetatis sponsalia effici possunt, etc.] Non tamen talis desponsatio proderat ad evadendas poenas Legis Papiae Poppaeae. Vid. *L.* 17. *h. t.* (1). — Rectius tamen ita praemature non fiunt. Fr. Hotoman. *de Sponsal. Cap.* 6.

(1) Add. Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 2. Postrema verba: *id est, si non sint minores* etc. Triboniani esse, multi putant. Vid van Nispen. *Diss. ad Her. Modestin. Libb. Differ. Cap.* 5. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 35. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit. Sed vid. Gluck. *hoc tit. p.* 411. *seq.*

L. XV.

Tutor factam *pupillam suam* etc.] Pro ea quae fuit, more Graeco (1). Basil. γενομένην.

(1) Istud *factam* stulte ex Graeco trajectum, ait Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 168. Basil. *Tom.* IV. *p.* 215. ὁ γενόμενος ἐπίτροπος.

L. XVI.

Oratio Impp. Antonini et Commodi, quae quasdam nuptias etc.] Vid. *L.* 16. et *L.* 43. §. 10. *de rit. nuptiar.* (1).

(1) Add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* II. 12. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 155. *seq.*

L. XVII.

Saepe justae ac necessariae caussae (1) etc.] Olim post sponsalia saepe nuptias diu dilatas, notat Chrysost. *in Genes.* XIX. 14.

An-

Annum vel] Abundare haec verba, putat Cujacius. Vid. D. Goth. *in not.* Sed non opus hac emendatione. Vid. Rittershus. *Differ. Jur. Civ. et Can.* I. 2. Gravin. de Orig. Jur. [III. 42. *p.* 358. ed. Mascov.] Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 179. (2). Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 212.] *annuM* VI. id est, *annum, menses sex.* Male. Vid. Heinecc. *d. loc. p.* 180.

Vel biennium,] Vid. Sueton. *in Aug. Cap.* 34. ibiq. Casaub. Dion. *Lib.* LIV. *p.* 532. Zonar. *Annal. Tom.* II. *p.* 165. qui sua ex eo hausit. Jac. Gothofred. *ad L.* 4. *Cod. Theod. hoc tit.* [*Tom.* I. *p.* 306.] et *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 211.] Brisson. *de rit. nuptiar.* [*Oper. Minor. p.* 291.] (3).

(1) De his caussis vid. Heinecc. *loc. cit. p.* 180. *seq.* Quod de *mortibus parentium* hic traditur, ad *mores* refert Bynkersh. *Obs.* V. 13. Sed vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXI. §. 1.

(2) Add. Marckart. *Probab. rec. lection. Part.* II. *p.* 68. *seq.* et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 2. §. 7.

(3) Vid. et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nunc videamus* etc.

L. XVIII.

An per alium,] Expungit Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. (1).

(1) Sed vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 2. §. 10. et Gluck. *hoc tit. p.* 445. *not.* 91. In seqq. verbis: *fere plerumque, fere* per *plerumque* explicari, notat Bilderdyk. *Obs. et Emend.* I. 37. *p.* 201.

TITULUS II.

DE RITU NUPTIARUM.

Vid. Cujac. *Obs.* VI. 32. De antiquissimis nuptiis *per confarreationem*, Dion. Halicarnass. II. *p.* 95. (1).

(1) Add. Brisson. *de rit. nupt.* in *Oper. Minor. p.* 291. *seqq.* Grupen. *de Uxor. Roman.* Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de nupt.* §. 1. *seqq.* et quos plures citat Voet. *ad h. t. Pand. num.* 1. add. Pothier. *in Append. ad h. t. Pand.* in *Pand. Justin. Tom.* II. *p.* 17. *seq.* et Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 110. *seqq.*

L. I.

Et (1) *consortium omnis vitae* (2),] Facit huc Columell. *in Praef. Lib.* XII. et Quinctil. *Declam.* 376. (3). *Divini et humani juris communicatio.*] Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8. *et* 12. et auctores ibid. laud. add. Lamb. Goris. *Adversar. Tract.* I. *Cap.* 1. (4). *Divini*, ratione sacrorum familiarium, de quibus A. Hotoman. *de rit. nupt. Cap.* 25. Inde inter Patricios et Plebejos diu diversa sacra, nec jus connubii. Gravin. *de Orig. Jur.* [II. 77. *p.* 254. edit. Mascov.] *Humani juris.* An bonorum? Vid. A. Hotoman. *d. loc. Cap.* 26. *et* 27. ubi inter genera conjugum distinguit (5).

(1) *Et* apud Hal. abest. Vid. Geb. *h.*
(2) *Vitae*, id est, fortunae. Puttman. *Probab.* II. 16. §. 6. *p.* 132. *seq.*
(3) Add. Noodt. *Probab.* II. 9. H. Cannegiet. *Diss. de Vet. Lege Rom. Cap.* 3. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 90. Gluck. *hoc tit. p.* 127. *seq.*
(4) Et Forner. *Rer. Quotid.* III. 29. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 224.
(5) Add. Noodt. *loc. cit.* Pothier. *in not. ad h. l.* Gluck. *d. loc. p.* 131. *seqq.* *Divini*, id est, juris na-

naturalis. *Humani juris*, id est, Juris Gentium, Perrenoni. *Animadv.* I. 24. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 623. quod non probabile.

L. II.

Id est, qui coëunt,] Sic *L.* 134. *pr. de verb. oblig.* (1).

(1) Add. Brisson. *de verb. signif.* voc. *coire.*

L. III.

Me (1) *solo auctore contrahi posse*, etc.] D. Goth. *in not.* „ Si modo filius non vivit, alias consensus ejus re„ quiritur. *L.* 16. §. 1. *eod.*" Hic est exceptio: ratio, quia uterque est in familia (2). Brisson. *de Jur. connub.* [Oper. Minor. *p.* 382.] post Glossam casum ponit ex *L.* 9. *h. t.* quod etiam non probo: nec Hotoman. *de Ritu nupt. Cap.* 3. qui ἀντινομίαν statuit.

(1) Τὸ *me* in variis editt. abesse, et abesse posse, modo per ἀναδίπλωσιν legamus: *solo avo auctore*, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXI. §. 2. Nihil hac de re monitum in Corp. Jur. Geb. et Spang. In editionibus, quas consului, *me* exstat, sed uncis in plerisque inclusum. — Liberi igitur fratrum sororumque possunt conjungi. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Superest transversae* etc. add. Gluck. *hoc tit. p.* 316. *seqq.* et auctores ibi laud.
(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13.

L. IV.

Pomponius Lib. III. *ad Sabinum.*] *Lib.* I. legit Jac. Gothofred. *ad L. celebrandis. Cod. h. t.* [Oper. minor. *p.* 611.]

Tunc legitimam uxorem fore, cum apud virum explesset (1) *duodecim annos.*] Exceptio a *L.* 29. *de reg. jur.* (2). Aliud exemplum in *L.* 27. *h. t.*

(1)

(1) *Implesset*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* — Hoc enim ad naturalem temporis conputationem exigendum. Rucker. *Diss. de Nat. et Civ. temp. comput. Cap.* 4. §. 4. *p.* 54. et *Cap.* 5. §. 20. *p.* 77. *seq.* — Quod haec Lex simplicitur *anni duodecimi* meminit, si non explicandum sit de sola Proculianorum sententia, commode explicari posse de iis, quae ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, dicit Bynkersh. *Obs.* III. 24. *in fin.* add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 11. §. 28. et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. quib. mod. tut. fin.* §. 1. *seqq.*

(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14.

L. V.

Mulierem absenti — posse nubere placet, etc.] Vid. *L.* 69. §. 3. *de jur. dot.*

Deductione enim opus esse in mariti, non in uxoris (1) *domum*, etc.] Hac opus, quando de publico praejudicio quaeritur, ut in *L.* 6. *Cod. Theod. de tironib.* vel tertii, ut *L.* 24. *Cod. h. t.* Vel de conditione ultimae voluntatis implendae, ut *L.* 15. *de cond. et demonstr.* aliter non. Vid. *L.* 22. *Cod. h. t. Nov.* 22. *Cap.* 3. et *Nov.* 24. *Cap.* 4. Jac. Gothofred. ad *d. L.* 6. *Cod. Theod.* [*Tom.* II. *p.* 378. *seq.*] Etiam matrimoniorum solennitas vetus hanc requisivit, maxime per *confarreationem*, *coëmtionem*, et *usum* (2).

(1) Verba *non in uxoris* Glossemati adscribit Henr. Theod. Pagenstecher. *in Comm. ad Libb. Pomponii ad Sabin. ad h. l.* Sed vid. Gluck. *tit. de sponsal. p.* 393. *not.* 20.

(1) Forte melius *caussa*, notat Brencm. *h.* Sed pari modo *fundum in dotem esse* scriptum in *L.* 9. §. 2. *seq. tit.* add. notata superius, *Tom.* I. *p.* 3.
(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

TITULUS V.

DE FUNDO DOTALI.

Vid. Sand. *de Prohib. rer. alienat. Part.* I. *Cap.* 10. et Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* [*Oper. minor. p.* 224. *seqq.*] (1).

(1) Add. Pard. Pratej. *ad L. Jul. de fundo dotali*, in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 521. *seqq.* Jos. Fern. de Retes, *succis. select. ad L. Jul. de fundo dot.* in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 471. *seq.* Steph. Luzac. *spec. exhib. observationes nonnullas ad L. Jul. de fundo dot.* Lugd. Batav. 1781.

L. I.

Interdum Lex Julia etc.] *Lex Julia* in multis congruit cum Oratione Severi de praediis minorum. Cujac. *Obs.* VII. 23.

§. 1.

Veluti ad heredem *mariti*,] D. Goth. *in not.* „*ab herede*, Hal." Male (1).

(1) Florentinam confirmare Basil., notat Brencm. *h.* Sed verba: *secundum quod possibile est*, Triboniani esse putem, probe intelligentis, post *L.* 30. *Cod. de jur. dot.*

dot. vix amplius possibile esse, quod JCtus hic tradit.

L. II.

Ulpianus Lib. V. *de adulteriis.*] Proinde *L. Julia de adulteriis* etiam de hàc re egit (1).

(1) Vid. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. Tit. quae res pign.* §. 1091. *not.* 47. *p.* 210. et auctores ibi laud. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 12. *p.* 392. *seq.* et Bach. *Histor. Jur.* III. 1. *Sect.* 2. §. 2.

L. III. (1).

(1) *Pr. Fundus dotali servo* etc. Vulg. *dotalis.* Sed Florentinam confirmant Basil. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Totiens (1) *autem non potest alienari* etc.] Facit huc *L.* 17. *h. t.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nunc reliqua videamus* etc.

(1) Saepe Veteres inter *e* et *s* literam *n* inserunt. Vid. notata superius ad *L.* 2. §. 33. *de orig. jur.*

L. V.

Ulpianus Lib. II. *de omnibus Tribunalibus* (1).] Junge *L.* 6. *et* 8. *de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt* etc.

(1) Quae horum librorum ratio fuerit, vid. Cujac. *Ob.* VII. 23.

L. VI.

Sed nec libertas *servitutis*, etc.] Quae hic debet usucapi. Cujac. *Obs.* XI. 28.

L. VII.

Et (1) hoc casu *maritus* etc.] Singulari scil.: alioquin

quin enim ipsa res praestanda. Cujac. *Obs.* XI. 28. (2).

(1) Verba praecedentia: *sed si eundem* etc. usque ad *imputabitur*, in Pand. Flor. non reperiuntur, eaque lacuna varie suppleta est. Vid. Brencm. *h.*
(2) Quem etiam vid. *ibid.* de seq. *L.* 8.

L. IX.

§. 1.

In arbitrio esse mariti,] D. Goth. *in not.* „Imo in arbitrio mulieris. *L.* 46. §. 1. *de jur. dot.*" Ibi alius casus.

§. 2.

Fundum in dotem (1) *esse.*] Add. *L.* 10. *in fin. de jur. dot.*

(1) Vid. notata superius ad *L.* 32. §. 1. *de pact. dotal.*

§. 3.

Utrum eorum dotalem esse malit (1):] Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. §. 10. legit: *utrum eorum dotalem malit, esse* (2).

Si tamen alienum (3) *rursus adimat, adhuc in ejus potestate est, an eum, quem retinuisset, alienari* (4) *velit.*] Junge *L. seq.* Vid. Scip. Gentil. *de Aestimat. rer. in dot. datar.* [*Oper. Tom.* II. *p.* 263. *seq.*]

(1) Omnes addere: *hunc dotis esse*, testatur Brencm. *h.*
(2) *Utrum eorum malit, dotalem esse*, Waechtler. *Opusc. p.* 455. add. Idem, *ibid. p.* 489.
(3) Hal. et Vulg. *alienatum.*
(4) Hal. et Vulg. *alienare.* Vid. Brencm. *h.* add. Steph. Luzac. *Diss. supra laud. p.* 27.

L. X.

Quia dotalis fuit obligatio.] D. Goth. *in not.* „*quia do-*

dotis talis est obligatio. Cujac. *Obs.* XI. 28. et *Tract.* VIII. *ad Afric. in expl. L.* 9. *h. t.*" Et *in not. ad* §. 3. *Inst. de locat. conduct.* (1).

(1) Probat hoc quoque P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 4. §. 6. *p.* 110. Sed Luzac. *Diss. laud. p.* 28. *in not.* mavult: *quia dotalis talis fuit obligatio*, ope geminationis.

L. XII.

§. 1.

Soceri *voluntas* etc.] Nec non hodie *mulieris.*

L. XIII.

Dotale praedium accipere debemus, *tam* urbanum, etc.] Ut et in materia usucapionum *fundi* vox in XII. Tabb. ad *domos* extensa. Vid. Cicer. *pro Caecin. Cap.* 19. et *in Topic. Cap.* 4. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Jam vero* etc.

§. 2.

Dotale praedium sic accipimus, cum dominium marito quaesitum est, etc.] In Lege Julia, non quando jus mulieris spectatur in repetendo. Vid. *L.* 5. *solut. matrim.* — In casu, quo praedium ejus fuit, qui dotem dedit. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 7. *Thes.* 4. *Lit. c. p.* 332. add. Cujac. *Obs.* XIV. 9. (1). Vid. tamen *L.* 14. §. 2. *h. t.*

(1) Et Noodt. *ad Tit. Pand. de Jur. dot.* vs. *Tempus est*, etc. — Ad seq. §. 3. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 6. §. 10.

L. XIV.

§. 1.

Si mulieris nomine quis fundum in dotem dederit,] D. Goth. *in not.* „ Id est dare voluerit. Accurs." Ab hoc loco aliena haec nota (1).

(1) Ad seq. *L.* 15. vid. Langebek. *Annotat. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 549. et Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* IV. 21. *Oper. Tom.* IV. *p.* 540. *seqq.*

L. XVI.

Si fundum, quem Titius possidebat bona fide, longi (1) *temporis possessione poterat sibi quaerere, mulier ut suum marito* dedit *in dotem*, etc.] Vinnius, *ad* §. 40. *Inst. de rer. divis. num.* 3. explicat *dare destinavit*, ut in *L.* 14. *et* 15. *de jur. dot.* (2).

Plane si paucissimi dies etc.] Facit huc *L.* 15. §. *ult. ex quib. causs. major.*

(1) D. Goth. *in not.* „ Al. *et longi.*" Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* qui id probat.

(2) Pari modo Cujac. *Obs.* XIV. 9. et Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 58. Alios etiam citat Wybo, *in Tribon. defens. p.* 295.

L. XVII.

Marcianus Lib. VII. *Digestorum.*] Forte e notis Marciani ad Digesta Marcelli: aut lege *Marcellus*, qui hoc Libro etiam de *dotibus* egit. Vid. *L.* 59. *de jur. dot.* quod video et a Gul. Grotio notatum *de Vit. JCtor. p.* 173. (1).

Et dos lucro mariti cessit,] Ut olim *adventitia*. Vid. Ulp. *Fragm. T.* 6. et Cujac. *ad L.* 42. *de usurp. et usuc.* Aliud *L.* 20. *qui et a quib. manum.* Sed hic tantum agi-

tur,

tur, ut mulieri consulatur. Vid. Brisson. *ad L. Jul. de adult.* [*Oper. minor. p.* 226.] (2).

(1) Add. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* 1. *Cap.* 8. §. 4. et *Sect.* 11. *Cap.* 1. §. 3. *not. o.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 59. *et* 64. et auctores ibi laud. Etiam Hal. habet *Marcellus.* Vid. Geb. *h.*

(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nunc reliqua videamus.* etc.

L. XVIII.

Ego non tantum necessarias, sed etiam utiles impensas praestandas a muliere existimo, nec puto fundum deteriorem esse, si tales sunt lapidicinae, in quibus lapis crescere possit.] Et sic merito ratio Labeonis rejicitur. Ceterum, an hoc casu impensae viro refundendae sint, non definit, et id negat. *L.* 7. §. 13. *solut. matrim.* nam fructus pro iis etiam percipiuntur. Alii aliter. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 29. et auctores ibi laud. (1).

(1) Late de his Legibus quoque egerunt van de Water, *Obs. jur. Rom.* III. 15. et Duirsema, *Conject.* I. 1. qui etiam varias aliorum de iis Interpretum sententias recensuerunt, et examinarunt. add. Waechtler. *in Opusc. p.* 570. *seqq.* Majans. *Disp.* XXVIII. *num.* 1. Hier. van Alphen. *Diss. de Javol. Prisco, Cap.* 2. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 30. Pothier. *in Pand. Justin. Tit. solut. matrim. num.* 45. *in not.* *Lapidicina* scribendum sit, an *lapicidina*, et utrum privatis licitum fuerit, habere lapidicinas, vid. van de Water, *d. loc. p.* 361. et auctores ibi laud.

LIBER VICESIMUS QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM (1).

(1) *Librum singularem de Donationibus inter virum et uxorem* conscripsit Jos. Fern. de Retes, in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 663. *seqq.* et de eod. argumento *quatuor Libros* Scip. Gentilis, *Oper. Tom.* IV. Totam enarrationem hujus Tituli, quam dedit Noodtius, diligentem retractationem desiderare, dicit Conrad. *in Parerg. p.* 292.

L. I.

Moribus *apud nos receptum est*, etc.] *Jure Civili. L.* 5. §. 1. *de pact. dotal. L.* 5. §. 9. *de jur. dot.* Vid. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de pupill. substit.* Ἐκ τῆς ἀγράφου συναινέσεως τῶν σοφῶν, Schol. Basil. *Tom.* IV. *p.* 743. D. Goth. *in not.*. „Hoc jus esse ex Solonis Legibus, notat Cujac." Vid. Plutarch. *in Solon. p.* 90.

Ne mutuato amore invicem spoliarentur, etc.] Ἵνα μὴ τῷ πρὸς ἀλλήλους ἀμοιβαδὸν ἔρωτι γυμνῶνται, Schol. Basil. *ibid. Spoliarentur donationibus, non temperantes a profusa* etc. legit Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 16. *p.* 376. commode (1). add. *L. ult. Cod. Theod. de legit. hered.* Alias rationes adfert Plutarch. *Quaest. Roman. p.* 265. (2).

(1) Desid. Herald. *Obs. Cap.* 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1330. τὸ *sed* delet: etiam Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 140. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 6. *donationibus non temperantes, et profu-*

sae

sae erga se facilitati. Geb. *in not. ad h. l. et profusa erga se facilitate.* Aliter locum hunc edidit Hal. Vid. Marckart. *Probab. rec. lection.* II. *p.* 10. qui Florentinam tuetur. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 1.

(2) Vid. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 529. *seq.* Sed iis longe praeferendas esse, quas Ulpianus, *hic*, et Paulus in seq. *L.* 2. dederunt, ait Bynkersh. *Obs.* V. 18. Laudat eas quoque Amaya, *Obs. Jur.* II. 10. An tamen veram hujus prohibitionis rationem reddiderint, dubito, quae potius ex jure antiquiore repetenda. Vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 1. et P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. p.* 76. *in not.*

L. II.

Nec esset *eis studium* etc.] D. Goth. *in not.* „ *γρ. neCesset*, id est, *nec cesset.*" Schol. Basilic. [*Tom.* IV. *p.* 743.] *καὶ μηκέτι που σπουδάσωσι.*

Liberos potius educendi.] Sic *educendum* etiam in *L.* 28. § 1. *h. t.* et Terent. *in Eunuch. Act.* I. *Scen.* 2. *vs.* 76. *eduxit mater pro sua.* (1).

Atque ea ratione eventurum, ut venalicia (2) *essent matrimonia.*] Facit huc Juven. *Satyr.* VI. *vs.* 35.

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Sequens fuerit inquisitio* etc. Vulg. *educandi.* Vid. Brencm. *h.* quod non debuerat in contextum recipere Pothier. *Pand. Just. hoc tit. num.* 1. Sequitur: *ut* discuterentur *matrimonia.* D. Goth. *in not.* „ *distraherentur*, Hal." Frustra. Vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXII. §. 1.

(2) D. Goth. *in not.* „ *venalia* Hal." Sed vid. Brisson. *de verb. sign.* in voc.

L. III.

Neve (1) *melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret.*] D. Goth. *in not.* „ *ditior in paupertatem in-*

cidat, pauperior ditior fiat, Harm." Schol. Basil. *Tom.* IV. *p.* 743. *καὶ ἵνα μὴ ὁ ἐν αὐτοῖς βελτίων τουτέστι πλέον ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, καὶ ἑτοίμως δωρούμενος εἰς πενίαν ἐκπίπτει, ὁ δὲ χείρων τουτέστιν ὁ ὑποκρινόμενος ἀγαπᾷν, καὶ διὰ τοῦτο λαμβάνων τὰς δωρεὰς, πλουσιώτερος γένηται* (2).

(1) Praecedit: *ne concordia pretio conciliari* videretur. D. Goth. *in not.* „ Al. *viderentur.*" Ita Flor. esse, et Taurell. habere, ac si *τὸ concordia* esset pluralis numeri, quod favere videretur *concordio* in *L.* 27. *de pact. dotal.*, notat Brencm. *h.* addit tamen XII. MSS. habere in singulari.

(2) Add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 9.

§. 1.

Quia non erat affectione uxoris habita, sed magis concubinae.] Aliud, si uxoris. *L.* 32. §. 27. *h. t.* (1).

(1) Praecedit in Lege: *qui ibi meret.* D. Goth. *in not.* „ *ibi moretur*, Hal." Vulg. *maneret.* Vid. Brencm. *h.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 2. legit: *qui ibi imperet*, non tamen urget, neque etiam emendatione opus. Vid. Brisson. *de verb. signif.* in voc. et Pothier. *in not. ad h. l.* add. Ant. Augustin. *Emend.* III. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1516. Sequitur: *sed fas non est, eas donationes ratas esse*, etc. de qua Legis parte egit Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* II, 14. §. 2. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 163. *seq.* Verbum *deliquerunt* hic non utique dolum malum involvere, monet Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 5.

§. 2.

Qui in ejusdem potestate sunt, prohibentur sibi (1) *donare*, etc.] Vid. Hotoman. *Disp. de Donation. Cap.* 6. (2).

(1) D. Goth. *in not.* „ *ipsi*, Bud." probante Pothier. *in not. ad h. l.* Sed vid. Scip. Gentil. *de Donation.*

int.

int. vir. et uxor. I. 10. *Oper. Tom.* IV. *p.* 31.
(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibet igitur Oratio* etc.

§. 4.

Sed si in castra eunti filio dedit, videtur valere, quia filio quaeritur, et est castrensis peculii.] Inde Schol. Basil. *Tom.* IV. *p.* 744. colligit, etiam non militi donari posse proprietatem, usufructu penes patrem manente ex jure novo (1).

(1) Ad seq. §. 5. Vid. Scip. Gentil. *de donat. int. vir. et uxor.* I. 10. *Oper. Tom.* IV. *p.* 33.

§. 6.

Ab uxoris, nurusve parte *prohibitum est donari* etc.] *Patre*, legit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 4. *num.* 10. (1).

Si modo *vir et socer in ejusdem sunt potestate*, etc.] Ita bene (2), ut scil. nepos maritus cum patre socero sit in potestate avi. add. verba sequentia, et Hotoman *de Donation. Cap.* 6. et *Obs.* VIII. 12. et Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* I. 10. [*Oper. Tom.* IV. *p.* 28.]

(1) Etiam D. Goth. *in not.* Sed sine caussa. Vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 2. In contextum tamen recepit Pothier. *Pand. Just. hoc tit. num.* 8.
(2) Male Budaeus: *si non vir.* Vid. et Jauch. *de Negat. Pand. p.* 157.

§. 9.

Non tantum autem per se maritus et uxor, ceteraeque personae dare non possunt (1).] Basilic. *Tom.* IV. *p.* 734. τὰ κεκωλυμένα πρόσωπα οὔτε διὰ παρενθέτου δύνανται δωρεῖσθαι. Paul. *in Sentent.* II. 23. §. 3. *Inter virum et uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest* (2). Quod ma-

magis respondet Basilicis, et quod malo, quam vulgatam lectionem defendere cum Noodtio, *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibet igitur Oratio* etc.

(1) Hal. supplet: *sed nec per alios.* Vid. D. Goth. *in not.* Vulg. *sed nec per alias interpositas personas.* Vid. Brencm. *h.* qui pro *dare* forte substituendum putat *donare*, ut plura MSS. habent. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 7. §. 1. *p.* 44. verba: *ceteraeque personae dare non possunt* mutat in: *sed et aliae quaeque personae* iis *dare non possunt.* quod non probabile.
(2) Ubi vid. Schulting. *not.* 7. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 2.

§. 10.

Proinde si corpus *sit, quod donatur* (1), etc.] Vid. §. 11. *h. l.*

Vel accepto latum,] Vid. *L.* 5. §. 1. *h. t.* (2).

(1) Id est, quod traditur ex caussa donationis, Noodt. *ad h. t.* vs. *Prohibitas inter virum* etc.
(2) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 3.

§. 11.

Quia nihil corporis etc.] Vid. §. *praec.*

§. 12.

Sed si debitorem suum et solvere jusserit, etc.] Postquam jam debitor est, non ab initio. *L.* 19. §. 3. *de donation.* Hic enim is, cui solvitur, tanquam procurator, adquirit creditori. Vid. Ches. *Different. Jur. Cap.* 92. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 881.]

Nam et si donatio, jure civili non impediretur, eum rei gestae ordinem futurum, etc.] Alia mens Africani *L.* 38. §. 1. *de solution.* (1).

Nam

Nam et si is, qui creditoris sui se procuratorem esse simulaverit, etc.] Vid. *L.* 44. *de furtis*, et Chef. *loc. laud. Cap.* 97. *num.* 3. [*p.* 891.]

(1) Vid. Fab. *Conj.* III. 19. sed nullum dissensum agnoscit Scip. Gentil. *de donat. int. vir. et uxor.* I. 22. Sequitur: *nam celeritate conjungendarum inter se actionum unam actionem occultari.* Ubi *actionem* esse actum, negotium, ut saepe alias, notat Bynkersh. *h.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Add. Idem, *Obs.* V. 20. *in fin.*

§. 13.

Si donaturum mihi jussero uxori meae dare:] Vid. *L.* 2. §. 2. *de donation.*

Ait enim Julianus, nullius esse momenti:] D. Goth. *in not.* „ Imo alicujus momenti est. *L.* 31. §. 7. *h. t.*" Vid. ad eam Legem. Noodtius, *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibitas inter virum* etc. verba hujus legis ita transponit: *si donaturum mihi jussero uxori meae dare, nullius esse momenti: ait enim Julianus, perinde habendum, atque si ego acceptam, et* (1) *rem meam factam* etc.

(1) Apud Hal. *et* abest. Vid. Brencm. *h.* qui forte legendum putat: *acceptam rem et meam factam.*

L. IV.

Idemque est, et si mortis caussa traditurum mihi etc.] Vid. *L.* 56. *h. t.*

L. V.

Si sponsus sponsae donaturus, tradiderit Titio, etc.] Facit huc *L.* 20. *in fin. de adq. rer. dom.* aliaeque similes (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 5.

§. 1.

§. 1.

Plane (1) *si mihi* (2) *proponas, Titio accepto latum, ipse quidem liberabitur, mulier vero manebit obligata.*] Ratio dubitandi in §. *seq.* (3). D. Goth. *in not.* „ Imo „ per capacem, et per consequentias liberanda est. *L.* 29. „ *de lib. legat.*" Hic illud non quaeritur, an id non posset fieri, eo scil. modo, quo illic.

(1) *Sane*, Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) *Mihi* abest apud Hal.
(3) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Si uxor viri creditori donationis caussa promiserit, etc.] Id est, *expromiserit.*

§. 5.

Minoris factam venditionem nullius esse momenti,] Vid. *L.* 7. §. 6. *h. t.*

Si modo, cum animum *maritus vendendi non haberet*, etc.] Quem in dubio habere praesumitur. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 13. *Def.* 11. (1).

(1) Add. de hoc §. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 4.

§. 6.

Verum post *divortium condici posse.*] An non et ante? Negat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *error.* 10.

§. 7.

Si uxor vel maritus exceptione *quadam* etc.] V. c. *pacti.*

Summoveri voluerint (1),] Ex multis caussis id potest

fi-

fieri. Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 81. *error.* 10. qui hoc nimis restringit.

(1) *Voluerit*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 8.

Nec movit (1) quemquam, quod emeret, etc.] Id sane videtur aliquem posse movere. Facit huc *L.* 47. §. 1. *de solution. L.* 50. *h. t.* Forte movit et favor religionis, de quo tamen nihil dicitur. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* II. 7. [*Oper. Tom.* IV. p. 197.] (2). Sed vid. et seq. §. 12. et 17. unde apparet, requiri, ut inde aliquid penes mulierem remanere potuerit: adeoque non obstat *L.* 50. *pr. h. t.* add. *L.* 7. §. 1. *et* 8. et *L.* 14. *h. t.* ibiq. Goth. Subolust hujus nonnihil Fornerio, *Selection.* II. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 75.] (3). Facit huc Paul. *in Sent.* II. 23. §. 2.

(1) *Moveat*, Hal. Vid. D. Goth. *in not. Nec movet quicquam*, Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Ita favorabiliter observari in caussa donationis inter conjuges, ait Pothier. *in not. ad h. l.*
(3) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibet igitur Oratio* etc. quem etiam vid. *ibid.* de seqq. §§.

§. 12.

Vel locum, in quo opus publicum, quod promiserat facere,] *Quod promiserat, faceret*, Al. (1).

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h.* De locutione *ad oblationem Dei* pro oblatione, quae fit Deo, vid. Bynkersh. *Obs.* I. 21. vs. *Primo videndum* etc. quem etiam vid. de ultimis hujus §. verbis: *si oleum* etc. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 13.

Neque enim pauperior fit, qui non adquirat,] Vid. *L.* 6. *pr. quae in fraud. credit.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Satis, ut opinor,* etc. quem etiam vid. *ibid.* de seqq. §§.

§. 15.

Quam donasset, *videri.*] *Donasse*, Al. (1).

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* et edidit Pothier. *Pand. Just. hoc tit. num.* 47. ubi notat, *ceterum* in fin. §. dici pro *alioquin.*

§. 16.

Ubicunque igitur non deminuit de facultatibus suis, etc.] Vid. *L.* 31. §. 7. *h. t.*

§. 17.

Si mulier acceptam a marito pecuniam in sportulas *pro cognato suo ordini erogaverit,* etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Symmach. IV. *Epist.* 55. ibiq. Juret. Bud. et Mornac. *ad h. l.* Pancirol. *de Magistr. Municip. p.* 188. et sic antiquitus fuerunt aditiales coenae apud Varron. *de Re Rustic.* III. 6. Plin. *Hist. Nat. Lib.* XXIX. unde forte hae sportulae originem habent, ut et in aliis casibus pro cibo praestitae pecuniae nomen hoc retinuere (1).

Quamvis mutuam pecuniam esset acceptura, et pro adfine (2) *erogatura.*] Vid. ad §. 8. *h. l.*

(1) Add. Brisson. *de verb. signif.* voc. *Sportula, num.* 2. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibet igitur Oratio* etc. Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) *Adfinem mariti* intelligit Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. quum Nostri *cognatos* et

et *adfines* confundere non soleant, ut fit ab aliis Scriptoribus.

§. 18.

Si consumta sit, condicatur hactenus, quatenus locupletior quis eorum factus est.] Non plus, propter *L.* 28. *pr. h. t.*

L. VI.

Aut ex injusta caussa] Vid. *L.* 6. *de cond. ob turp. causs.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibitas inter virum* etc.

L. VII.

Et verum (1) est, litis contestatae tempus spectari etc.] Ut in casu *L.* 47. *de solution.* add. §. 3. *h. l.*

(1) Id est, *aequum.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibitas inter virum* etc.

§. 1.

Idemque, et si lancem ob eandem caussam ei dederit, etc.] Vid. *L.* 11. *pr. de reb. cred.* (1).

(1) Sequitur: *quia non est locupletior, qui tantundem* in re mortua *impendit*, id est, inutili, et tantum spectante ad perditionem. Cujac. *Obs.* IX. 30. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibet igitur Oratio* etc. in fin. et Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* I. 15. *num.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 87.

§. 2.

Recte placuit compensationem fieri donationum:] D. Goth. *in not.* „Imo non fit compensatio. *L.* 32. §. 9. *h. t.*" Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 2. *num.*

num. 22. hoc indiſtincte procedere vult, cum utrimque aequalis est donatio, ut et Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* II. 20. [*Oper. Tom.* IV. *p.* 253. *ſeqq.*] Alii, ut Buſius, *ad h. l.*, accipiunt hunc §. de caſu matrimonii divortio ſoluti, ſecus si morte. Vid. Gloss. ad *d. L.* 32. §. 9. *h. t.*

§. 3.

Proinde et ſi praedia etc., *conſequenter dicemus*, litis conteſtatae *tempore aeſtimationem eorum ſpectandam.*] Vid. *pr. h. l.* (1).

Plane ſi magni pretii praedia ſunt, ſumma tantum (2) *numerata erit reſtituenda*, etc.] Facit huc. *L.* 38. *de reivind. L.* 28. §. 3. *h. t.* (3).

(1) De verbis praecedentibus: *Idemque ait*, etc. usque ad *praedia emerit*, nullum in Pand. Flor. veſtigium reperitur, eaque lacuna varie ſuppletur. Vid. Brencm. *h.*

(2) *Tantum*, abest apud Hal.

(3) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* — In ſeq. §. 4. verbis: *ſi mulier quindecim praedia emerit*, et verbis: *ut conſequi debeat duas partes decem*, vestigium exſtare malae e Graeco verſionis, ait Jenſ. *in Strict. ad Pand. in Demonſtration. Art.* 12. *in fin. p.* XXXII. *ſeq.* Pothier. *in not. ad h. l. duas partes decem* explicat *duos trientes ejus pretii, quod ipſe dedit*, ſeu *ſex et duos trientes unitatis*, $6\frac{2}{3}$.

§. 6.

Quae ob dotem pignori acceperat,] D. Goth. *in not.* „ Ob dotem pignus dari potest, etc." add. Hering. *de fidejuſſor. Cap.* 6. *num.* 136. *ſeqq.* (1).

At ſi titulus donationis *quaeſitus ostenditur*,] Lege: *donationi* (2). add. *L.* 5. §. 5. *h. t.*

(1) Sequitur: *nullius eſſe momenti.* A. G. Pagenſtecher.

Adversar. II. 5. *p.* 71. *seq.* legit: *nullius esse eam momenti.*

(2) Ita Hal. Vid. Geb. *h.* — Sequentem §. 7. explicandum esse ex *L.* 50. *pr. et* §. 1. *h. t.* monet Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 9. Pro *quid enim interest creditori solvat, an venditori*, in fin. *h.* §. Pothier. *in not.* legendum putat; *venditori solvat, an creditori.*

§. 8.

Cum coeperit libertas imponi,] Vid. §. *seq.*

§. 9.

Cum tempore impleto manumittere coeperit:] Vid. §. *praec.* (1).

(1) Add. de hoc §. Pothier. *in not.*

L. IX.

§. 1.

Nec videri mulierem ex re viri locupletiorem fieri, cum eas libertus promittat.] Facit huc *L.* 21. *de hered. vel act. vend.*

§. 2.

Inter virum et uxorem mortis caussa donationes receptae sunt.] Miror, id negari a Covarruv. *de Testam. Part.* III. *num.* 2. quem notat merito Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 1. *et* 2. add. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 2. *Def.* 6. — Non tamen sine dubitatione ob vicinitatem cum simplici donatione. Vid. Merend. *Controv. Jur.* XIV. 34. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Paris fuerit utilitatis* etc.

L. X.

Quia in hoc tempus excurrit etc.] Aliud in *L.* 53. *pr. h. t.* unde et ibi non valet.

L. XI.

Ulpianus Lib. XXXII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 2. *de mort. causs. don.* (1).

Sed interim res non statim *fiunt ejus*, etc.] Ut alias fieri potest. *L.* 2. 30. 39. *de mort. causs. don.*

Medio igitur tempore dominium remanet apud eum, etc.] Exceptio *L.* 13. §. 1. *h. t.*

(1) Explicuit hanc *L.* 11. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* IV. 25.

§. 1.

Sed quod dicitur etc.] A Triboniano hunc §. esse, vult Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 44. *error.* 8. *num.* 6.

Cum mors insequetur,] Faber putat, scribi debuisse: *insecuta est*, ut in *pr. h. l.* et facit huc *seq.* §. 8. verb. *mortua muliere.*

Sed omnis mortis caussa donatio.] Benigna interpretatione, ceu collata in mortis tempus. Facit huc *L.* 20. *h. t.*

§. 2.

Quando itaque non retro agatur (1) *donatio*,] Quod nec fieri potest. Gloss. *h.* Sed vid. ad *L.* 20. *h. t.* et nota §. 9. *h. l.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 5. *num.* 9.

Interposuit mulier filiumfam., *qui a marito acciperet* (2), etc.] Non ut procurator, sed ut fieret dominus cum onere restituendi. Gloss. *ad* §. 7. *h. l.*

(1) *Agitur*, Hal. probante Fabro, *loc. cit.*
(2) Sequitur: *eique traderet.* Stulte, inquit Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 173. pro *sibique traderet.* Sed vid. notata superius ad *L.* 41. *ex quib. causs. maj.* et ad *L.* 27. *de neg. gest.*

§. 7.

§. 7.

Quia debeat (1) *aliquo momento interposito fieri* (2), *etc.*] Et quidem tali momento, quo ipsi mulieri adquiri potuisset: quod in casu, qui mox sequitur, non est necesse. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 5. *num.* 11.

(1) Hal. *debebat.*
(2) Hal. et Vulg. *ejus fieri.* Vid. Brencm. *h.* Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* IV. 24. *Oper. Tom.* IV. *p.* 580. *interpositi fieri.* Pari modo Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 8.

Et actionem ipse maritus cum eo habebit.] Scil. *mandati.*

§. 9.

Plane in quibus casibus placeat retro agi donationem, etc.] Ut hodie fiet ex *L.* 25. *Cod. h. t.* et olim fiebat etiam cum ab alio erat donatum. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 5. *num.* 11.

§. 10.

Infirmari donationem,] Vid. *L.* 32. §. 10. *h. t.*

Nec impendere.] Al. *nec eam pendere.* Vid. Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 16. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 489.] qui legit: *et minime pendere*, vel *nec in pendenti haberi*, aut *haerere* (1).

(1) Hal. *nec eam in pendenti esse.* Vid. D. Goth. *in not.* M. Roever. *Diss. ad loc. quaed. jur. Civ. deprav. Cap.* 5. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 154. *et impediri.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 3. *nec in pendente esse.* H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* III. 10. *p.* 290. *nec eam pendere.* Pari modo Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm.*

Fragm. Tit. 7. §. 1. *p.* 39. Sed receptam lectionem defendit Puttman. *Interpr. Cap.* 5. *p.* 23. et *Adversar. Jur.* II. 1. *p.* 19. Nihil quoque mutat Pothier, *in not. ad h. l.* sed explicat: non jam in pendenti esse, an morte donatoris confirmanda sit, sed omnino infirmari.

L. XIII.

§. 1.

Proinde et si mortis caussa donaverit, etc.] Quid, si in casum, quo ad Fiscum venient bona? Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 4. negat valere.

Et deportationem passus est, etc.] D. Goth. *in not.* „Cujacius, *Obs.* III. 10. notat, Tribonianum hanc Legem interpolasse, et Ulpiani verbis attexuisse quaedam ex *L.* 24. *Cod. eod.*" add. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 3. *num.* 7. (1).

In casum deportationis donationem factam valere, etc.] Negat Faber, *d. Dec.* 46. *error.* 4. *num.* 2, et vult de relegatione accipiendum, aut deportatione, cum non adimuntur bona, ut *L.* 14. *in fin. de interd. et releg.* (2).

Cum igitur deportatione etc.] Haec sunt Triboniani: imo ne Constantinum quidem *L.* 24. *Cod. h. t.* de donationibus mortis caussa tale quid statuisse, putat Faber, *d. Dec.* 46. *error.* 3. *num.* 10. (3).

Et nihil vitium mulieris *incurrit*,] *Vitii mulier*, Charond. (4).

Humanum est, donationem, quae mortis caussa ab initio facta est, tali exilio subsecuto confirmari, etc.] Hoc mirum, cum matrimonium dixerit manere. Fab. *d. Dec.* 46, *error.* 3. *num.* 15. ubi addit, verbum *confirmari*, huic loco non congruere, et dein notat, debuisse scribi *non infirmari* (5). — De modica donatione accipit Merend. *Controv.* XIV. 35.

(1)

(1) Etiam Scip. Gentil. *de Donation. int. vir. et uxor.* III. 10. *Oper. Tom.* IV. *p.* 347. Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 59. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 8. Aliter Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Praeter haec* etc. et Wybo, *in Tribon. defens. p.* 296. Vid. et Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1191. et Nic. Anton. *de Jurib. exul.* II. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 71. *seq.*

(2) Aliter Pothier. *in not. ad h. l.*

(3) Pothier. *d. loc.* putat, ante verba: *cum igitur* etc. quaedam esse supplenda.

(4) Sed *nihil vitium mulieris* Flor. legitur, et habent MSS. Vid. Brencm. *h.* Pari modo in *L.* 7. *de agnosc. et alend. liber.* scriptum: *nihil — praejudicium.* Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 173. malam è graeco versionem putat.

(5) Pothier. *d. loc.* *confirmari* explicat *non infirmari.*

§. 2.

Condici ei id non potest, etc.] Facit huc *L.* 71. *pr. de cond. et dem.*

L. XIV.

Valet donatio in tantum, etc.] Benigne. add. D. Goth. *in not.* et Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

L. XV.

Ex annuo, vel menstruo, etc.] Vid. *L.* 11. *Cod. h. t.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Prohibet igitur Oratio* etc. in fin. quem etiam vid. *ibid.* de seq. §. 1.

L. XVI.

Quid ergo, si ex centum, etc.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ab annuo* etc. (1).

(1) De varia *h. l.* lectione vid. Brencm. *h.*

L. XVII.

Si ex fructibus praediorum, etc.] Non si ipsi fructus. *L.* 8. *L.* 20. *Cod. h. t.* Facit huc *L.* 9. §. 1. *de donat.* Vid. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* II. 17. Distinguit etiam ex *L.* 45. *de usur.* Sand. *de Prohib. rer. alien.* *Part.* I. *Cap.* 2. *num.* 14. *seqq.* Facit comparatio usurarum. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Tenori d. L.* 15. etc.

§. 1.

Sed si quid servus donatus adquisiit, etc.] Extenditur *L.* 28. §. 5. *h. t.*

L. XVIII.

Aut vestimentis] Communibus forte. Vid. Mornac. *ad h. l.* (1).

Vel in aedibus ejus gratis habitaverit,] Aliud *L.* 52. *pr. h. t.*

(1) Add. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* II. 12.

L. XIX.

Hoc enim bonae fidei possessoribus concessum est; virum autem scientem alienum possidere.] Vid. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* II. 17. [*Oper. Tom.* IV. *p.* 239.]

§. 1.

Maritus pretium possit per exceptionem retinere?] Sed vid. *L. unic.* §. 5. *Cod. de rei uxor. action.*

L. XX.

In pendenti puto esse caussam obligationis, etc.] D. Goth. *in not.* „ Imo caussa obligationis non est in pendenti, etc. *L.* 76. *de hered. inst.*" Cujacius, ad *d. L.* 76.

ca-

capit nostram Legem de casu, quo id actum, ut res statim fiat uxoris imminente periculo mortis, quo casu donationem retro agi posse vult, et sic posse mortis caussa donari patet ex *L. 2. verb. aliam. de mort. causs. don.* unde refellitur Accursius, ad *L. 11. §. 2. h. t.* ex hac lege. add. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 36. et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 5. *num.* 15.

L. XXI.

§. 1.

Eadem erit quaestio, an donatio sit illicita?] *Illicita* legit quoque Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* II. 15. [*Oper. Tom.* IV. *p.* 231.] quia sunt dotis, quae debent inservire oneribus matrimonii. Aliud in usuris ex pecunia donata. *L.* 15. §. 1. *L.* 16. *L.* 54. *h. t.* Facit huc *L.* 8. *Cod. h. t.* junct. *L.* 17. *D. eod.* (1). *Licita* legit Conanus. Vid. D. Goth. *in not.*

Quod compensatum *est.*] Al. *compensandum* (2).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Tenori L.* 15. etc. Sequitur: *Plane si convenerat* etc. pro quo legendum: *plane si cum convenerat*, conjicit Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 20. *p.* 118.

(2) Ita Hal. Vid. Geb. *h.*

L. XXII.

Uxori suae quis mortis caussa servum donavit, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 5. *num.* 16.

Et necessarium heredem domino servum fieri:] Vid. *L.* 76. *de hered. instit.*

Vel si ante donavit, non tamen adimendi animo *libertatem adscripsit.*] Id qua ratione fiet? Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 36. putat, si libertas adscripta est ad tempus valde remotum, vel sub conditione difficili, ut *L.* 4. §. 1. *de stat. liber.*

L. XXIII.



L. XXIII.

Papinianus recte *putabat*, etc.] *Recte* expungit Fab. *Conject.* II. 8. Male. Probat tamen hanc Papiniani sententiam, *de Errorib. Pragm. Dec.* 42. *error.* 2. *num.* 7. ex *L.* 32. §. 2. *h. t.* verb. *heredem vero eripere* etc. quod rem ponit traditam. Sed Idem, *Dec.* 42. *Error.* 5. *num.* 6. *τὸ recte* expungit, et *Dec.* 46. *error.* 1. *num.* 3. vult, Papinianum errasse. Audacter. Egit de hac Lege etiam Amaya, *Obs. Jur.* II. 10. qui tamen nodum non plane solvit. Rectius omissum a Triboniano esset hoc responsum, cum aliud sit inductum Oratione Antonini, dicit Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 11.

Ad rerum donationem *pertinere:*] *Dationem*, vult Bynkersh. *Obs.* V. 18. (1).

(1) Hoc tamen non necesse putat Kellinghusen. *Diss. de Legib. nonnullis Roman. Cap.* 14. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 40. Vid. porro notata inferius ad *L.* 32. §. 1. *h. t.*

L. XXIV.

Altera, quod fuerit *vitium*, *amotum sit.*] Id est, *si quod fuisset.*

L. XXV.

Terentius Clemens Lib. V. *ad L. Juliam et Papiam.*] *Lib.* IV. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 220.] Dissentit Heinecc. *ad eand. Leg.* I. 5. *p.* 68.

Quia et si non *mortis causa donaverat* (1) etc.] *Non* est in Flor., et recte. D. Goth. *in not.* „*Quia et si mortis causa donaretur*, etc. Cujacius, *Obs.* XVIII. 15." Reprehensus ab Hotoman. *Obs.* XII. 7. (2).

Non impediretur *usucapio:*] *Impedietur*, Jauch. *de Negation. Pand. p.* 253.

Ita-

Itaque licet mortis caussa donatio interveniat,] *Itaque licet non* etc. Cujacius, citatus a D. Goth. *in not.* et Jauch. *loc. modo cit.* (3).

(1) D. Goth. *in not.* „*donaretur.*" Ita Flor. mutatum esse, et nunc habere omnes, testatur Brencm. *h.*
(2) Florentinam etiam tuetur Pothier. *in not. ad h. l.* Sed Cujacium sequitur Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 6. qui praeterea putat, quoad initium usucapionis hanc Legem pugnare cum praecedente. Vid. tamen van der Keessel, *Diss. de Usucap. partus et foetus rei furtiv. Cap.* 1. §. 5. *not. b.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 188.
(3) Quem refutavit Jo. Gottfr. Sammet. *Opusc. Cap.* 12. *p.* 148. *seq.* — Ad seq. *L.* 26. §. 1. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 2.

L. XXVII.

Etiam si eodem die nuptiae fuerint consecutae.] Quidam hoc admittunt etiam postea, quoad ea, quae ad matrimonium sunt necessaria. Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 13. *Def.* 19. (1).

(1) Add. de hac Lege Gluck, *ad Tit. de Sponsal.* §. 1191. *p.* 407.

L. XXVIII.

§. 1.

Quia ipse ministeriis eorum utitur:] D. Goth. *in not.* Alimenta operariis quae praestat maritus, cum operis eorum pensare cogitur: etc." Idem in aliis casibus. Vid. Mornac. *ad h. l.*

Quia *pro capite quid dedisset:*] An *quasi?* vel *dedit* cum aliis (1).

(1) *Dedit*, Hal. Pothier. *in not. ad h. l.* ita explicat: „*quia illud, quod nutrici datum est ad educandum*

ser-

servum, pro ipso capite servi datum est, non pro ejus ministeriis.

§. 2.

Si quas servi operas viri (1) *uxori praestiterint, vel contra*, magis placuit, *nullam habendam earum rationem:*] Benigne (2).

Sed ut inter conjunctos maximo affectu,] Vid. *L. ult. Cod. Theod. de legit. hered.*

(1) Vulg. *viri operas.* Vid. Brencm. *h.* cui hoc placet.
(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Exposui rigorem Orationis* etc.

§. 5.

Quem ex nummis a marito donatis mulier] Excidisse puto *emerat*, ut *L. seq.* Exstat hoc in edit. Corp. Gloss. Lugd. 1556. Paris. 1548. (1).

(1) Hal. post *quem* inserit *emerat.* Vulg. post *mulier* inserit *emerit.* Vid. Brencm. *h.* et sic quoque edidit Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 57. add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 10.

§. 6.

Antequam a viro nummum acciperet mulier,] Vid. *L.* 15. *h. t.* (1).

(1) Sequitur: *videri tantum jam* etc. Vulg. *videri tamen* etc. Vid. Brencm. *h.*

L. XXIX.

Quod non est verum, licet non ex re mariti emtus sit.] Facit huc *L.* 5. *in fin. L.* 6. *L.* 7. *h. t.*

L. XXXI.

Quod in ea re uxor tanquam lanipendia *fuerit*,] Vid. Mornac. *ad h. l.* (1).

(1)

(i) Add. Duker. ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p. 407. et Scip. Gentil. de Donat. int. vir. et ux. II. 18. in fin. Oper. Tom. IV. p. 247. ubi et notat Conanum, pro lanipendia legentem: lanae impendia.

§. 2.

Retentionem impensae mulierem facturam.] Impensae scil. nomine. Noodt. ad h. t. Pand. vs. Ut redeamus in viam etc. in fin.

§. 3.

Si duo mancipia etc.] Vid. ad hunc et seqq. §§. Noodt. ad h. t. Pand. vs. Sequens locus est, etc. (1).

(1) In seq. §. 4. Flor. legitur: quid de ea venditione agatur. Sed apud Hal. de abest. Vid. Brencm h. qui dubitat, an non recte. Fallitur hic Hoffman. Meletem. ad Pand. Diss. XXII. §. 3.

§. 6.

Quod vir uxori in diem debet, sine metu donationis praesens solvere potest,] Facit huc L. 10. de condict. indeb.

§. 7.

Et non videtur ea esse donatio:] Accipit enim illa hoc non a me, sed a testatore, nec hic fictio illa potest poni, quae est L. 3. §. ult. h. t. Bachov. ad Treutler. Vol. II. Part. II. Disp. 19. Thes. 4. Lit. a. p. 91. (1).

(1) Sequuntur, non quasi malivolos, ne alter etc. Hal. neve quasi inter malivolos alter etc. Sed frustra, ait Jauch. de Negation. Pand. p. 144. add. D. Goth. in not.

§. 8.

Si vir uxori munus immodicum Kalendis Martiis, etc.] Vid. D. Goth. in not. add. Martial. VI. Epigr. 64. Tibull. III.

III. *Eleg.* 1. (1). — Ergo et quantitate distincta donatio a munere. Brummer. *ad L. Cinciam*, *Cap.* 2. *p.* 28.

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Hactenus liquit* etc. Pothier. *in not. ad h. l.* Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 1. Vid. et Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1418., et Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 54. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 1169.

§. 10.

Quae vir cibaria uxoris familiae, etc.] Facit huc *L.* 5. *in fin. L.* 6. *L.* 7. *h. t.* Inde colligunt, alimenta censeri praestita ad compensationem servitiorum, si ea exhibeantur. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 10. *Def.* 27.

L. XXXII.

Fulvio Aemiliano et Nummio Albino Consulibus,] Anno CCVI. (1) mortuus vero Severus Anno CCXI.

(1) Add. Almeloveen. *Fast. Consular. p.* 188. *et* 193. et conf. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 1. §. 7. et *Sect.* 2. §. 15. quo posteriore loco etiam laudantur, qui hanc Orationem illustrarunt, Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor. Lib.* III. Conrad. *Parerg. p.* 279. *seqq.* Zach. Richter. *Diss. de Oratione Antonini de Donation. int. vir. et uxor. confirmandis.* Lips. 1759.

§. 1.

Oratio autem Imperatoris nostri etc.] Quae a priore videtur diversa, ex *L.* 3. *Cod. h. t.* Ad priorem *L.* 23. *h. t.* pertinere videtur (1).

Sed ad omnes donationes inter virum et uxorem factas, ut et ipso jure res fiant ejus, cui donatae sunt, et obligatio fit civilis,] Vid. *L.* 3. §. 10. *h. t.* §. 23. *h. l. L.* 33. *h. t. L.* 2. *Cod. de dot. caut. non num.* Fab. *Conject.*

H.

II. 8. Verum, an non hoc tempore Lex Cincia viguit, quae desideravit traditionem, vel mancipationem. Vid. Brummer. *ad L. Cinc. Cap.* 15. Sed illa ad *stipulationes* non pertinuit, ut censet Jac. Gothofred. *ad L.* 9. *Cod. Theod. de donation.* ratio, quia hic est contractus per se stans, non donatio, etsi ex caussa gratuita, unde olim erat actio, *L.* 12. *de donat. L.* 28. *de reg. jur.* quemadmodum ex aliis contractibus: modo scil. in aliis legem non offenderent. — Vinnius, *Sel. Quaest.* II. 15. accipit de *obligatione*, quae est ex actione forte cessa (2). Amaya, *Obs. Jur.* II. 10. accipit de herede donatoris, qui non potest poenitere.

(1) Pari modo Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 11. qui etiam alios laudat. add. van Eck. *ad h. t. Pand.* §. 9. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Exposito* etc. Papinianum respexisse putat ad verba Orationis, Ulpianum vero hic magis ad ejus mentem. Eodem fere modo jam Faber, *Conj.* II. 8. Sed unam tantum esse Orationem Severi et Antonini, eaque confirmatas non fuisse stipulationes donandi animo inter conjuges interpositas, cum aliis sentiunt. Bynkersh. *Obs.* V. 18. Otto, *in Papinian. Cap.* 12. §. 9. *p.* 418. *seqq.* Kellinghusen, *Diss. laud. ad praec. L.* 23. Pothier. *in not. ad L.* 33. *h. t.* Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 3. *et* 5.

(2) Vid. et Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 39. et Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 5.

Si maritus ea, quae donaverit, pignori dederit, utique eum poenituisse (1) dicemus,] Aliud *L.* 3. *Cod. de legat.* Sed illic ab initio res fuit relicta valide, hic non. Vid. ad *h.* §. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 7.

(1) Mutavit hoc Imp. Justinianus *Nov.* 162. *Cap.* 1. Vid. D. Goth. *in not.* et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 6.

§. 6.

Si donator servus fuerit effectus privati (1),] Non poenae. *L.* 24. *Cod. h. t.* nec captivitate. *L. ult. Cod. eod.* Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de bon. proscriptor.* *Privati* delet Faber, *Jurispr. Papin. scient. p.* 557. Male (2). add. P. Fab. *ad L.* 32. *in fin. de reg. jur.*

(1) Puta, a patrono in servitutem revocatus sit, vel major XX. annis se ad pretium participandum venundari passus, ait Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 9. legit *poenae*, et *τὸ privati* adscribit errori vel notae librarii, vel Triboniano.

§. 7.

Revocabitur donatio.] Uti et ultimae voluntates irritae fiunt. Vid. *L.* 6. §. 7. *et* 11. *de inj. rupt. irrit. fact. test.* et Cujac. *ad L.* 45. *de jur. fisc.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Morte igitur donatoris* etc. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 8.

§. 9.

Quod ait. Oratio consumsisse etc.] Haec cum praecedentibus non cohaerent.

Eaque est,] *Exstet* (1) Vulg.

Quamvis divortio secuto *haec conpensatio locum habeat.*] Vid. *L.* 7. §. 2. *h. t.* et Closs. *ad h.* §.

(1) Ita Taurell. in margine, et omnes. Vid. Brencm. *h.*

§. 10.

Si divortium *post* (1) *donationem intercessit*, etc.] Amplia ex §. 19. *h. l.* et *L.* 62. *h. t.*

(1)

(1) *Post* olim Flor. abfuit, sed suppletum est. Vid. Brencm. *h.* ubi corrigit Contium. add. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Convalescit igitur* etc. et *ad Tit. de divort. et repud.* vs. *Praeter divortium* etc.

§. 11.

Quid ergo, si divortium factum est, deinde matrimonium restauratur.] Ut *L.* 62. *h. t. L.* 42. *in fin. sol. matrim.* *L. ult. de act. rer. amot.* Vid. Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad Tit. Cod. de repud.* add. Juven. III. *vs.* 224. Etiam novis sponsalibus factis. Vid. *L.* 38. *solut. matrim.*

§. 12.

Sed fribusculum (1),] Vid. P. Fab. *ad L.* 48. *de reg. jur.* *Fribolum*, Isidor. *Orig.* IX. 8.

(1) Ita Flor. hic scriptum. Vid. Brencm. *h.* quem vid. de varia hujus vocis scriptura. add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vet. JCtor. p.* 403. Otton. *in Papin. Cap.* 5. §. 5. *p.* 81. Puttman. *Adversar. jur.* II. 1. *p.* 3. *seqq.* mavult *frigusculum.* Nic. Catharin. *Obs.* III. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 784. *jurgiusculum.*

§. 13.

Si mulier et maritus diu seorsum quidem habitaverint, sed honorem invicem matrimonii habebant, etc.] Vid. *L.* 15. *de act. rer. amot.* et Noodt. *ad Tit. de divort. et repud.* vs. *Quarta caussa* etc. (1).

(1) Add. Forner. *Rer. quotid.* III. 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 199. *seq.* Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 22. Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 5. §. 5. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 219. *seq.*

§. 14.

Oratio, si ante mors contigerit ei, cui donatum est,

nullius momenti donationem esse voluit:] Etsi convenerit, ut hoc casu heredibus donatarii res cederet. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 13. *Def.* 14.

Proinde rectissime dicetur, utrasque donationes valere, etc. *quia neuter alteri supervixerit,* etc.] Aliter secus. §. 9. *h. l.*

§. 15.

Qui quasdam res ex his, quas donaverat, legasset,] Donatariae: idem tamen erit, si extraneo quasdam legavit.

(Non) videbitur ceteras noluisse etc.] *Non* et Vulg. (1) habet, et Flor., nec igitur uncis includendum.

Plerumque enim antea legat, postea donat,] Facit huc *L.* 11. *Cod. de legat.* (2).

(1) Apud Hal. et Vulg. abesse, testatur Brencm. *h.* Male tamen. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 144. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 7.

(2) Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 28. *Oper. Tom.* IV. *p.* 409. verba *legat* et *donat* transponit, legens: *plerumque enim antea donat, postea legat.* Pothier. *in not. ad h.* §. ante *plerumque* suppleri vult: imo interdum nec ipsas res, quas legasset: *plerumque enim antea legat, postea donat* uxori res, quas legavit.

§. 16.

Ut igitur valeat donatio ista, Papinianus exigit, ut et filius ejus, qui donavit, ante decesserit, et Socer postea, etc.] Facit huc *L.* 53. *h. t.* (1).

(1) Praecedit: *nam quae ratio donationem prohibuit, eadem beneficium datum* imploravit. Taurell. *imploraBit.* Sed expuncta *b* Flor. *u* superscriptam esse, et forte melius simplicem *b* retineri, ut majuscula opus non sit, notat Brencm. *h.* *Implorabit* retineri quoque vult Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. servit. amitt. Sect.* 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 281. *in not.* ubi et notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 4. substituentem: *im-*

improbavit. add. de hoc §. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 2.

§. 18.

Sin vero filius patri heres non est, finita erit donatio ratione nova.] Imo, ex ipsa Oratione. Vid. §. 14. *h. l.* Cujac. *Obs.* XXV. 9. vult, haec verba poni debere in *seq.* §. post illa; *erit irrita* (1). Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. putat, hanc rationem ad utramque speciem pertinere (2).

(1) Probabili conjectura, ait Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. §. 15. *not.* 80.

(2) Pari modo Pothier. *in not. ad h. l.* et P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. p.* 39. Aliter Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 23. *p.* 391. putans, translationem Cujacii non esse necessariam, et *seq. Cap.* 27. *p.* 403. legens: *Oratione nova*, ut emendat quoque Faber, *Conject.* V. 17. *num.* 5.

§. 19.

Si socer nurui nuntium miserit, etc.] Vid. Noodt. *loc. modo cit.* et *ad Tit. Pand. de divort. et repud.* vs. *Quarta caussa* etc.

Quamvis matrimonium, etc. secundum rescriptum Imperatoris nostri cum patre comprobatum est:] Post τὰ *cum patre* forte excidit *durare*, vel *non dirimi* (1).

Sed quod ad ipsos, etc. finitum est matrimonium.] Facit huc §. 10. *h. l.*

(1) Pari modo Schulting. *ad Paul. Sent. loc. modo cit.*

§. 20.

Idemque et in his, qui sunt in eorum potestate.] Vid. §. 16. *h. l.* L. 5. *Cod. h. t.* (1).

(1) Praecedit: *mors desideranda est ejus, qui donavit constante matrimonio*, etc. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* II. 23. post *donavit* ponit comma, ut τὰ *constante matrimonio* referantur ad tempus mortis donatoris, non ad tempus factae donationis.

§. 21.

Debet dici, donationem ad Orationem non pertinere, et ideo infirmari *donationem.*] Non nunc demum, sed talem manere (1).

(1) Pothier. *in not. ad h. l. infirmari* explicat *non confirmari.*

§. 22.

Tamen donationem (1) *dicendum est*, etc.] Facit huc *L.* 5. *pr. h. t.*

(1) De hoc loquendi genere vid. notata superius ad *L.* 12. §. 1. *de Senator.* et ad *L.* 12. §. 1. *si quis caut. in jud. sist.* etc.

§. 23.

Pendere acceptilationem, non ipsam, etc.] Facit huc *L.* 77. *de reg. Jur.*

Quas impediri diximus,] Vid. *L.* 3. §. 10. *h. t.* et promissiones, quae et hoc nomine veniunt. *L. ult.* §. 1. *de donation.* Vid. ad §. 1. *h. l.* et *Nov.* 162. *Cap.* 1.

§. 24.

Si inter virum et uxorem etc.] Vid. ad hunc et seqq. §§. Langebek. *Annonat. Cap.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 548.]

Quae tamen in commune tenuerunt, sine praestituto revocanda non sunt.] Lege: *tenuerunt sine praestituta, revocanda* etc. Vid. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 20. *p.* 416. sed non bene exponit. Pejus Herald. *Obs.*

Cap.

Cap. 21. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1333. (1).] *Revocanda non sunt*, e communione.

(1) Idem observat quoque Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. qui *finem praestitutum* hic esse dicit finem certum et verum, contracta in certam caussam societate, quae fictae et donationis caussa factae opponitur. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 12. *num.* 24. et Gluck. *ad Tit. Pand. pro socio*, §. 965. *p.* 403.

§. 26.

Donationem valere ad Senatusconsultum.] Mira phrasis (1).

(1) Pro *valere* Vulg. habet: *pertinere*. Vid. Brencm. *h.*

§. 27.

Si quis sponsam habuerit, etc.] Totum hunc §. Triboniani esse, vult Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 79. *error* 6. quem merito refutavit Bachov. *ibid.* (1).

Et Julianus tractat hanc quaestionem in minore duodecim annis, etc.] Vid. *L.* 9. *de sponsal.*

Ut, si quidem praecesserint sponsalia, durent, etc.] Vid. Perrenon. *Animadv.* II. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 653.] Sed pauca habet.

Quia non quasi ad extraneam, sed quasi ad uxorem fecit;] Vid. *L.* 3. §. 1. *h. t.* adeoque non voluit valere, si non esset talis.

Et ideo nec Oratio locum habebit.] Uti nec in §. 24. et 25. *h. l.*

(1) Add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* II. 14. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 163. *seqq.*

§. 28.

Sed si Senator libertinam desponderit (1) etc.] Faber, *de*

de Errorib. Pragm. Dec. 79. *error.* 4. 5. *et* 6. putat, hunc quoque §. esse a manu Triboniani. Audacter, et refutatus a Bachov. *ibid.* (2) et putat Faber, arreptum hoc ex *L.* 2. §. 1. *de his quae ut indign.*

Et putem, etiam sponsalia improbanda,] Faber, *d. Dec.* 79. *error.* 4. *Et putem, quia etiam sponsalia sint improbata.*

Et quasi ab indignis ea, quae donata sunt, ablata,] Et adquisita sunt. Vid. *L.* 3. §. 1. *D.* et *L.* 7. *Cod. h. t.* Sed nec Impp. hic ita fuere scrupulosi. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 79. *error.* 4.

Fisco vindicari.] Aliud in casu *L. ult. de legat.* 1°. quia testamento relicta non ita matrimonio accepta feruntur. Brisson. *de Jur. connub.* [*Oper. minor. p.* 347.] — Modo conjuges hi injusti vitium sciverint. Perez. *in Pracl. ad h. t. Cod. num.* 3. nec putat, fisco locum fieri, si donans id sciverit. Sic non obstat *L.* 7. *Cod. h. t.* Schol. Basilic. *Tom.* IV. *p.* 744. haec non conciliant. Vid. et Cujac. *ad L.* 2. *de his quae ut indign.* (3).

(1) Vulg. *desponsaverit.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap. loc. modo cit.*
(3) Add. Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 5.

L. XXXIII.

Si stipulata fuerit mulier annuum, etc.] Vid. ad *L.* 32. §. 1. *h. t.* Non placet Vinn. *Select. Quaest.* II. 15. add. Amaya, *Obs.* II. 10. Hic res est consummata. Sic et bene Bynkersh. *Obs.* V. 18. (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 5. Pothier. *in not. ad h. l.* Kellinghusen. *Diss. de Legib. nonnull. Roman. Cap.* 14. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 42. qui τὸ *quoque* in verbis: *puto, quia in annuo quoque donatio vertitur,* etc.

etc. pro pronomine accipit. Pro *stipulationem* in seqq. verbis Hal. et Vulg. habent *donationem*. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Quia non tam solemne *est annuum*,] *Insolenne*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 15. *num.* 5. (1).

Quod (2) *maritus uxori pendit*,] Vid. *L.* 15. *h. t.* (3). Et *quod uxor marito praestat*:] *Ut quod* etc. Best. *loc. modo cit.*

Immo incongruens est, et contra sexus naturam.] Vid. Artemidor. ὀνειροκριτ. II. 5. Columell. XII. 1. add. Mornac. *ad h. l.*

(1) Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 7. §. 1. *p.* 45. pro *solemne* substituit *insolens*.
(2) Vulg. *quam quod* — *impendit*. Vid. Brencm. *h.*
(3) Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 45. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 1169. hoc accipit de muneribus Kalendis Martiis, aut die natali dari solitis. Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 7. legendum putat: *quia non tam solenne est annuum, quod uxor marito pendit, et quod maritus uxori praestat*, ut Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* II. 14. *Oper. Tom.* IV. *p.* 226. Sed ὑστερολογίαν esse, censet Puttman. *Interpr. Cap.* 7. *p.* 29. *seq.* quem sequitur Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de condict. sine causs.* §. 836. *not.* 36. *p.* 197.

§. 2.

Dicendum erit, ex Oratione donationem convalescere.] Maxime hodie post *Nov.* 162. *Cap.* 1.

L. XXXV.

Si non secundum legitimam observationem *divortium factum sit*, etc.] Vid. *L. pen. ad L. Jul. de adulter.* (1).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. in Append. Lib.* I. *num.* 48.

L. XXXVI.

Sed quia caussam possidendi donatio *praestitit*, etc.] Et voluntas dantis (1).

(1) Add. F. C. C. Tydeman. *Spec. de Pedio JCto*, *p.* 83. *seq.* Lugd. Batav. 1822.

§. 1.

Quia tunc, factam donationem confirmare videtur, non novam inchoare: etc.] Ergo aliud, facere, et factum confirmare, aliud. *L.* 4. *Cod. de donat. ante nupt.* *L.* 32. §. 24. *h. t.* (1).

(1) Add. de hoc §. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 2. §. 10.

L. XXXVIII.

Servus communis viri, et fratris ejus, etc.] Non in eadem potestate. Glosf. *h.*

§. 1.

Si id scissent fratres, etc.] Non idem in aliis. Facit huc *L.* 26. *de probation.* Glosf. *h.*

L. XXXIX.

An ea promissione etc.] Al. *ex ea* (1).

Si quidem pecunia exstat, vindicare *eam debitor potest*,] Ergo non est translatum dominium ob interdictionem Legis. Glosf. *h.*

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* *Dissertationem ad hanc Legem* conscripsit Everh. Paul. van Teylingen. Lugd. Batav. 180. quaedam ad eam quoque notavit Gluck. *ad Tit. de condict. sine causs.* §. 836. *not.* 37. *p.* 198.

L. XL.

L. XL.

Quod apiscendae (1) *dignitatis gratia ab uxore in maritum collatum est*, etc.] Olim hic et Clientes Patronis donabant. Vid. Dion. Halicarnass. *Antiq. Lib.* II. *p.* 84.

(1) Vulg. *adipiscendae*. Brencm. *h.* Sed vid. notata superius ad *L.* 6. *de restit. in int.* et ad *L.* 25. §. 4. *de hered. petit.* Van Eck. *ad h. t. Pand.* §. 4. *num.* 7. legem hanc intelligit de supplendo censu dignitatis Equestris, vel Senatoriae.

L. XLI.

Ut ad processus *viri uxor ei donare possit.*] D. Goth. *in not.* „ An est ad promovendum maritum per gradus? An potius *processus* hic, Consulum et similium Magistratuum sunt processus? " Prius putat Merill. *Obs.* II. 6. (1). Posterius Raevard. *Conjectan.* II. 9. (2).

(1) Merillius proprie id intelligit *de processu militiae*, propterea notatus a Trotz. *de Memor. propag.* I. 9. *p.* 591. Pari tamen modo Pothier. *in not. ad h. l.* *Ad expeditionem ad militiam* explicat Nic. Catharin. *Obs.* II. 28. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 781. et fortasse legendum putat *ad procinctus*. Sed *ad processus viri* significare ad virum per legitimos tramites provehendum et evehendum ad honores et dignitates, sentit van Eck. *ad h. t. Pand.* §. 4. *num.* 7. add. Conrad. *Parerg.* *p.* 287. *seqq.* et in *Praefat. p.* XLII. *seq.* Tò *processus* hic positum esse pro *progressu*, monet quoque Puttman. *Miscellan. p.* 287. *in not.*

(2) Add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 433. *seq.* et Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. quamvis hic addat, nihil vetare, *processum* hic simpliciter intelligere *progressum* ad honores scil. et dignitates.

L. XLII.

Si uxor viro laticlavii *petendi gratia donet*,] Add.

Lam-

Lamprid. *in Commod. Cap.* 4. P. Fab. *Semestr.* I. 1. Ruben. *de Re Vestiar. p.* 84. *seq.* (1).

Vel ludorum gratia.] Vid. Senec. *de Benefic.* II. 21. et Raevard. *Conjectan.* I. 6. (2).

(1) Vid. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 1. Praecedit: *ex indulgentia Principis Antonini.* Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 7. §. 1. *not.* 7. intelligit *Antoninum Pium*, cum Grotio, *de Vit. JCtor.* II. 7. Spanhem. *in Orbe Roman. Exercit.* II. *Cap.* 2. *Marcum Aurelium Antoninum.* Conrad. *Parerg. p.* 284. *Caracallam.*
(2) Add. Trotz. *de Memor. propag.* I. 9. *p.* 591.

L. XLIII.

Inter virum et uxorem exilii *caussa donatio fieri potest.*] Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 3. *in fin.* Tribonianum hic accusat erroris, quod *exilium* pro *deportatione* acceperit (1).

(1) Vid. de hac Lege Pothier. *in not.*

L. XLIV.

Interrumpetur possessio, quia transiit in caussam ab eo factae donationis ipsius mulieris scientia:] An (?) (1).

(1) Cum interrogatione etiam legit Pothier, *in not. ad h. l. an interrumpetur possessio*, etc. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 5. post vocem *scientia* poni vult (.) et inseri particulam *sed.* Sed *Dec.* 8. §. 9. emendationem non putat necessariam. Vid. et Scip. Gentil. *de Donation. int. vir. et uxor.* II. 29. *Oper. Tom.* IV. *p.* 294. *seqq.* Novissime de hac Lege egit von Savigny, *Zeitschrift fur geschichtl. Rechtswissenschaft*, I. *B.* 2. *h. p.* 270. *seqq.* et 3. *h. p.* 424. *seqq.*

L. XLV.

Ulpianus Lib. XVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 37. *de reivindic.*

Marcellus Lib. VII. *Digestorum scribit, etiam eum detrahere sine mulieris damno,* etc.]. Vid. *L.* 43. §. 1. *de legat.* 1°. et Jan. a Costa, *ad* §. 29. *Inst. de rer. divis.*

L. XLVI.

Idem Lib. LXXII. *ad Edictum:*] Junge *L. unic. utrubi.* (1).

Inter virum et uxorem nec possessionis *ulla donatio est.*] Alius sensus *L.* 26. *h. t. L.* 1. §. 4. *de adq. vel amitt. poss.* (2).

(1) Vid. de hac Lege A. J. Cuper. *de Natur. possession. Part.* II. *Thes.* 8. qui eam potius jungendam putat cum *L.* 13. §. 11. *de adq. vel amitt. poss.* add. von Savigny, *das Recht des Besitzes, p.* 55. *et p.* 433. *seq.* 3te *Auflage.*

(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XLVII.

Utrum negotium uxoris gerens, an officio mariti ductus in rem ejus impenderit vir, etc.] Id non quaerit Celsus respectu Orationis Severi et Antonini, quae longe ipso fuit posterior: sed repetitio non est eadem utriusque impensae (1).

(1) Ad seq. *L.* 49. *verb. Respondit: si color vel titulus* etc. vid. Curtium, *εἰκαστῶν*, III. 24. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 212. et Otton. *in Praefat. d. Tom.* V. *p.* 17. add. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* II. 28. *Oper. Tom.* IV. *p.* 282. *seqq.*

L. L.

L. L.

§. 1.

Quia quod aliter emtura *non fuit*,] *Emtum* in MS. Flor. (1) probante Scip. Gentil. *Parerg.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1280.] ut *fuit* sumatur pro *fuisset*.

(1) Ut notavit Taurell., in ipso contextu tamen secutus editores, qui omnes habent: *emtura*. Vid. Brencm. *h.*

L. LI.

Cum in controversiam venit, unde ad mulierem quid pervenerit, etc.] Hic quaerunt DD., cui cedunt bona constante matrimonio quaesita. Vid. Brunneman. *ad h. l.* Sand. *Decis.* II. 5. *Def.* 3. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 25. *Def.* 8. *seqq.*

Existimari a viro — ad eam pervenisse.] Hinc volunt, bona in viri domo inventa credi ejus esse: quod tamen varie limitant. Vid. Mev. *ad Jus Lubec.* I. 5. *Art.* 4.

Evitandi autem turpis quaestus gratia etc.] De qua suspicione Scip. Gentil. *loc. modo cit.* I. 19. [*p.* 1292.] Fab. *in Cod.* IV. 14. *Def.* 36. et 41. *seqq.* Merend. *Controv. Jur.* XVI. 11. ubi de casu, quo res est cum extraneo (1).

(1) Add. Puttman. *Adversar.* II. 15. *p.* 153. *seq.* et Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 295. *seq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. LII.

Depositum est.] Et poterit pertinere res ad SCtum. *L.* 32. §. 26. *h. t.* de quo non erat, ut laboraret Mornac. *ad h. l.* (1).

(1) Add. de hac Lege Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 4. et Pothier. *Pand. Justin. Tit. loc. cond. num.* 6. *in not.*

not. — Ad seq. §. 1. verb. *inter* maritos *nihil agitur*, pro *inter conjuges*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 402. et Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 4. *p.* 97. *seq.* add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. LIII.

Mortis suae caussa genero vel nurui socerum frustra donare etc.] *Mortis suae*, generi quidem. *L.* 11. *de mort. causs. donat.* quae huc pertinet. add. Cujac. *ad Papinian. Libb. Resp. in expl. h. l.* (1). Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 1. *num.* 10. *seqq.*

Nec interest, an pater filium vel filiam exheredaverit.] Nec enim minus est in potestate ejus.

Divortii *species, eadem ratione, diversa est.*] D. Goth. *in not.* „ De quo *L.* 11. *h. t.*" add. *L.* 26. §. 1. *L.* 32. §. 16. *eod.* Cujac. *loc. modo cit.* (2).

(1) Et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 2.
(2) Add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 508.

§. 1.

Res in dotem aestimatas, consentiente viro, mulier in usu habuit:] Vid. *L.* 51. *solut. matrim.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. LIV.

Sed titulo donationis remissas.] Facit huc *L.* 17. §. 1. *de usur.* Fab. *in Cod. h. t. Def.* 4. D. Goth. *in not.* „ Usuras dotis si maritus non petiit, eas uxori donasse videtur." Et hoc servari usu, ait Fab. *Cod.* V. 7. *Def.* 55.

L. LV.

Solo *enim separatur hic ab eo, cui res donata est*, etc.] Id est, *eo solo* (1).

Et

Et erit deterior causa viri, etc.] D. Goth. *in not.* „ *Nec erit*, Ant. Fab. *Conject.* V. 9." quod probabile (2).

Non ultra id tamen quod donatum est, etc.] Nec in plus, quam facere potest. *L.* 20. *de re judic.*

Sed nihil prohibet, etiam in rem utilem mulieri in ipsas res accommodare.] Ulterius. Vid. *L.* 28. §. 5. *h. t.* (3).

(1) Sic etiam Pothier. *in not. ad h. l.* Vulg. *solum.* Vid. Brencm. *h.* Sed Vulgatam hic totam turbatam esse, notat Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 17. qui legit: *solo eo enim* etc. ope geminationis, add. Gluck. *ad Tit. de reivindic.* §. 585. *not.* 49. *p.* 187.

(2) Sed vid. Pothier. *in not. ad h. l.* et Gluck. *d. loc. not.* 50. *p.* 188.

(3) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 7. §. 8.

L. LVI.

Quia illo convalescente etc.] Vid. *L.* 4. *h. t.* (1).

(1) Add. de hac Lege Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 415. *seq.*

L. LVII.

Literas ad eum misit hujusmodi: etc.] D. Goth. *in not.* „ Epistolis probatur stipulationis forma, et contracta obligatio inter praesentes." add. *L.* 134. §. *pen. de verb. oblig.* Cujac *ad Paul. Sent.* V. 7. §. 2. [*not.* 7.] (1).

Cum petenti mihi a te, domine carissime, etc.] Singulare hoc (2) notat Mornac. *ad h. l.* Contra vero uxores passim dici *dominas* (3).

Quae mihi hac die donationis causa dare voluisti,] *Darem, restituerem*, vel simile quid excidisse, putat Hoteman. *Obs.* VII. 10.

(1) Vid. et Forner. *Rer. Quotid.* II. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 167. et Charond. *Verisim.* I. 21. *num.* 10. in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 735. *seq.*

(2) Quod fcil. maritus ab uxore *dominus* appellatur. Sed vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 7. *p.* 169.
(3) Add. Merill. *Obf.* I. 36.

L. LVIII.

Negotium potius gestum (1) *videri*, etc.] Sic *L.* 1. *de rer. permutat.*

(1) Scil. *permutationem.* Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 2.

Si donavit, repeti posse, quanto locupletior etc.] Ergo et revocatur donatio matrimonio ftante: quod negat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *error.* 10. refutatus a Bachov. *ibid.*

L. LX.

Praetextu *matrimonii*] *Praetexto*, Al. (1) probante Scip. Gentil. *Parerg.* I. 18. [in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1292.]

(1) Ita Flor. Hal. et Vulg. habent: *praetextu.* Vid. Brencm. *h.* add. de hac et *feq. L.* 61. *et* 62. Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 504. *feqq.*

§. 1.

Uti propter Sacerdotium,] Quod apud Gentiles quandoque factum. Vid. Tertullian. *de Monogam. Cap. ult.* et *Lib.* I. *ad uxor.* Raevard. *Conjectan.* I. 2. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 11. (1). Achill. Tat. V. 33. Etiam apud Marcionitas feminae divortio baptisma mercabantur. Tertullian. *Adv. Marcion.* I. 29.

Vel etiam fterilitatem.] Add. Plutarch. *in Sylla*, *p.* 455. de Coelia, tertia ejus uxore (2). Ob hanc retinere qui-

dem, sed non sine peccato scientem eam ducere posse, censet Philo, *de Spec. Legib. p.* 603.

(1) Ubi et refutat Bertrand *de Jurispr.* I. 38. inde colligentem, Hermogenianum fuisse Christianum. add. Finestr. *d. loc. p.* 510. *num.* 10. et Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 52. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 1167. *seq.*

(2) Add. Finestr. *d. loc. num.* 13. *seqq.* et Pancirol. *loc. cit.*

L. LXI.

Aut militiam,] Vid. Lipsium, *ad Tacit. Annal.* XIV. 27. et *Tit. Cod. de uxorib. milit.* (1).

(1) Add. Rygerbos. *Obs. jur. Rom. Cap.* 13. *p.* 106. *seq.* et Finestr. *d. loc. num.* 18. *seqq.* ubi et *num.* 15. *seqq.* de caussa *senectutis, et valetudinis* egit.

L. LXII.

Et ideo bona gratia *matrimonium dissolvitur.*] *In consensu vidui coelibatus*, Senec. *de Benefic.* I. 9.

§. 1.

Nec inter patronum et libertam, si *ab eo invito* etc.] *Etsi ab eo* etc. et pro *separatur*, *confirmatur*, Charond. Vulgatam tuetur Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 215.] neque etiam posterius mutandum ego putem, quamvis de priore ambigam (1).

Ac si donatum non fuisset.] Vid. *L.* 32. §. 10. *h. t.*

(1) Etiam Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 18. *in fin Oper. Tom.* IV. *p.* 378. pro *si* mavult *etsi*, agnoscens tamen vulgatam lectionem retineri posse. Absque emendatione hunc locum quoque explicat Finestr. *d. loc. p.* 518. *seqq.* sed si quid mutandum, pro *separatur* legeret *speratur*, et periodum inciperet a verbis: *nec inter patronum* etc. Nihil

hil quoque mutat Pothier. *in not. ad h. l.* et *separatur* explicat: non excipitur a regula, quae statuit, non confirmari donationem, quum intercessit divortium.

L. LXIII.

Quia *nulla actio est* etc. quamvis *Decemviros* etc.] *Quamvis nulla* etc. *quia Decemviros* etc. Charond. et Jan. a Costa, *ad* §. 29. *Inst. de rer. divis.* (1). Sic etiam edit. Hug. a Porta, et ed. Paris. a. 1549. (2).

Neque enim furtivum est, etc.] Quod et exigit *L.* 1. *de tign. junct.* Vid. tamen Vinn. *ad* §. 29. *Inst. de rer. divis.* (3).

(1) Etiam Pothier. *in not. ad h. l.*
(2) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* nisi quod Hal. habeat: *quamvis nulla actione ex Lege* etc.
(3) Ibique Heinecc. *in Additam.* add. Voet. *ad Tit. Pand. de tign. junct. num.* 1. et Majans. *Disp.* 48. qui *ibid. num. ult.* τὸ *quia*, ut Flor. est, priore loco retinet, sed pro *quamvis*, posteriore loco, legere mavult *quoniam*.

L. LXIV.

Vir mulieri, divortio facto, quaedam idcirco dederat, ut ad se reverteretur:] Vid. *L.* 32. §. 11. *h. t.* (1).

Labeo (2), *Trebatius inter Terentiam et* Decenatem (3) *respondit*,] De quo Senec. *Epist.* 114. dicit, *hunc esse, qui uxorem millies duxit, cum unam habuerit* (4). D. Goth. *in not.* „*Maecenatem*, Al. recte: cujus uxor *Terentia*, hic et Sueton. in Aug. etc. *Terentiana* Dioni etc." Imo is, *p.* 533. eam ita vocat, ut hic appellatur, et Senec. *de Provident. Cap.* 3. ubi vid. Lipsium.

Sed verum est, quod et Proculus, et Caecilius *putant*,] Al. *Caelius.* Vid. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 22. *et* 23. (5). Sed vid. *L.* 2. *h. t.*

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de divert. et repud. vs. Quarta causfa* etc.

(2) Apud Hal. *Labeo* abest. Vulg. inserit *et.* Vid. Brencm. *h.* Librarii lapsu nomen hoc irrepsisse, putat Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 7. *p.* 238. Sed vid. Puttman. *Adversar. Jur.* II 1. *p.* 10. *in not.*

(3) De varia hujus nominis lectione vid. Brencm. *h. Maecenatem* legendum, censent van Eck. *ad h. t. Pand.* §. 11. Schroder. *loc. modo cit.* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXII. §. 5. Etiam Amaya, *Obs.* II. 1. *num.* 39. Brencman. *de Eurematic. p.* 64. et Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* III. 20. *Oper. Tom.* IV. *p.* 383. ubi et notat Trebatii prudentiam aulicam, ambigue respondentis: de quo tamen amplius deliberandum censet Otto, *in Papinian. Cap.* 12. §. 3. *p.* 381. et Trotz. *in Praef. ad Waechtler. Opusc. p.* 73. add. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 55. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 1170.

(4) Seneca id ibi dicit de *Maecenate:* de quo, ejusque uxore Terentia, hunc locum etiam intelligit Puttman. *loc. modo cit.* sed retinendum tamen putat *Decenatem*, ut Flor. est, tanquam nomen fictum, ut honori Maecenatis parceretur, a Trebatio adhibitum.

(5) *Caelius* legendum putavit Menag. *d. Cap.* 22. sed *Cap.* 23. forte nihil mutandum dicit, et intelligendus *Sextus Caecilius. Caelius* legit quoque Jo. Strauch. *in vit. Vet. aliquot JCtor. p.* 56. intelligens *Sabinum.* Sed Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. p.* 46. Sabino praenomen *Caecilii* fuisse censet, et Caecilium, cujus hic mentio fit, ipsum Sabinum esse. Quod tamen non placet Bachio, *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 21. *in not.* sed non displicet Puttmanno, *loc. supra laud. p.* 12. *in not.* quamvis non neget, etiam intelligi posse *Caecilium* JCtum, de quo praeter nomen nihil ad nos pervenit.

L. LXV.

Quae nondum viripotens nupserit,] Si sponsa jam sit. *L.* 32. §. *pen. h. t.* et sic debet haec Lex accipi, non de plane extranea (1).

(1) Add. Labitt. *in Us. Ind. Cap.* 5. §. 37. in *Jurispr. restit. Wieling. Part. Poster. p.* 115. Aliter Perrenon. *Animadv.* II. 22. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 653.

L. LXVI.

Seja Sempronio, etc.] De hac Lege Perrenon. *Animadv.* I. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 599. *seq.*] Sed non placet (1).

Non (2) *attinuisse tempus* etc.] Haec sunt Scaevolae tantum.

Itaque nisi matrimonium contractum, quod consensu intelligitur, etc.] Inter sponsos et sponsas de praesenti non valere donationem, post Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* IV. 1., vult et Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 2. *num.* 5. scil. si nihil ad nuptias plus fiat: quod tamen ordinarie fieri solet. — Triboniani manum hic agnoscit Hotoman. *Obs.* V. 6. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 6. *Thes.* 7. *Lit. e.* Wissenbach. *Emblem. Tribon.* [*Cap.* 4. *p.* 60. *seq.*] (3) de quo dubito, cum deductio olim tantum certis casibus, et quoad certos effectus, requisita fuerit. Vid. ad *L.* 5. *de rit. nupt.* nolim tamen etiam id negare.

(1) Add. D'Arnaud. *Var. Conject.* I. 26. In primis autem de tota hac Lege conferendi sunt Huber. *Digression. Part.* II. *Lib.* I. *Cap.* 12. *et* 13. W. C. Tepell. *Diss. ad L.* 66. *de Donat. int. vir. et ux.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 123. *seqq.* et Gluck. *ad Tit. Pand. de sponsal.* §. 1191. *p.* 396. *seqq.*

(2) *Respondit: non attinuisse* etc. Pothier. *in not. ad h. l.* Cod. Pand. Erlang. *respondi.* Vid. Gluck. *d. loc.* et sic etiam Vulg. Vid. Brencm. *h. l.*

(3) Quem more suo refutat Wybo, *in Tribon. defens. p.* 297. *seq.*

§. 1.

Virgini in hortos *deductae* etc.] Quae D. Goth. *in not.* habet, hausit ex Ferand. Adduens. *Explication.* I. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 530.] (1).

Et priusquam aqua et igni acciperetur,] Vid. A. Hotoman. *de Vet. rit. nuptiar. Cap.* 18. (2).

Id est, nuptiae celebrentur,] Haec sunt e Glossa (3).

An summa donata repeti possit? Respondit, id quod etc.] D. Goth. *in not.* „*Possit, non id quod.* Hotoman. *Obs.* IV. 28." Nihil muto.

(1) Add. Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1418. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscription. Obs.* 2. §. 9. *p.* 52. *seqq.* Gluck. *d. loc. p.* 401. Sequitur: *ante diem tertium* etc. ad quae verba vid. et Merill. *Obs.* IV, 25. et Wunderlich. *loc. modo cit. p.* 56. *seq.*
(2) Add. Const. Land. *loc. modo laud. p.* 1419. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 12. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 571. *seqq.* Pothier. *in Append. ad Tit. Pand. de rit. nuptiar.* Gluck. *loc. cit. p.* 403.
(3) Apud Hal. absunt. Vid. Geb. *h.*

TITULUS II.

DE DIVORTIIS ET REPUDIIS.

Divortia olim in acta relata. Senec. *de Benefic.* III. 16. ibiq. Lips. Sueton. *in Caligul. Cap.* 36. (1). — Inter *contractus* refert D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 2. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 8.] quod non probo. — Olim multis mulieribus votum, et quasi matrimonii fructus. Tertullian. *Apologetic. Cap.* 6. — De eorum frequentia Senec. *d. loc.* Quinctilian. *Declam.* 2. Juvenal. *Sat.* VI. *vs.* 223. *seqq.* — Divortium nomine Tiberii Au-

Augustus decernit cum Julia. Sueton. *in Tiber. Cap.* 11. (2). — Quaedam de divortiis et repudiis collegit Heinecc. *Antiq. Roman. Append. Lib.* I. *num.* 44. *seqq.* (3).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Postremo* etc.
(2) Add. Noodt. *d. loc.* vs. *Quarta caussa* etc.
(3) Add. Zach. Huber. *Diss. de Usu et licentia divortiorum apud Rom.* in ej. *Diss. Jurid. et Philol. Tom.* II. *p.* 127. *seqq.* Von Savigny, *ueber die erste ehescheidung in Rom.*, laud. ab Haubold. *in epicrisi Antiq. Rom. Heinecc. p.* 927. Alios citat Trekell. *in not. ad Brisson. ad L. Jul. de adulter. p.* 223. — De caussis divortii vid. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 9. §. 3. *seqq.* — An adulterium ipso jure matrimonium dissolvat, Idem, *d. loc. Dec.* 10. §. 1. *seqq.* et de malitiosa desertione, *ibid.* §. 4. *seqq.*

L. I.

Dirimitur matrimonium divortio, morte,] Vid. Quinctil. *Declam.* 347. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. Additur in Lege: *captivitate*, de qua vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 10. H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 10. *p.* 69. captivitatem intelligit non omnem, sed quae quinquennio longinquior est. add. notata inferius ad *L.* 6. *h. t. Vel alia contingente servitute utrius eorum.* Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Tertia caussa* etc. Hal. *alterutrius eorum.* Vid. D. Goth. *in not.* Vulg. *utriusque eorum.* Vid. Brencm. *h.* Basil. *ἑνὶ τῶν συνοικούντων*, *Tom.* IV. *p.* 328.

L. II. (1).

(1) Ad *pr.* vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1367. et Menag. *Amoen. Jur. Civ. p.* 280.

§. 1.

In repudiis autem, id est, renunciatione, comprobata sunt haec verba: tuas res tibi habeto, etc.] Vid. Ciceron. *de Orator.* I. 40. *I foras mulier*, Plaut. *Casin. Act.* II. *Scen.* II. *vs.* 36. Alia apud Juvenal. *Sat.* VI. *vs.* 145. et Quinctil. *Declam.* 262. add. D. Goth. *in not.* et Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad Tit. Cod. de repud.* (1).

(1) Vid. et Heinecc. *Antiq. Rom. Append. Lib.* I. *num.* 48.

§. 2.

Conditione tua non utor.] Vid. Graev. *ad Cicer. Philipp.* II. 38. (1).

(1) Add. Torrent. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 27. Heinecc. *loc. modo cit. num.* 49. Gluck. *tit. de sponsal.* *p.* 96.

L. III.

Divortium non est, nisi verum, etc.] Al. *divortium verum non est, nisi* etc. male. Vid. Alb. Gentil. *de nuptiis*, *Cap.* 6. et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Quarta caussa* etc. (1).

Per calorem misso repudio,] Raevard. *ad L.* 48. *de reg. jur.* haec Triboniano adscribit, quia et absque repudio discedere potest. *L.* 31. *de jur. dot. L.* 27. *de pact. dot. L.* 57. *tit. praec.* quod non placet: haec enim quaestio ad divortia pertinet ipsa.

(1) Sequitur: *quod animo perpetuam constituendi* dissensionem *fit*. Hal. *divisionem*. quod probat Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* III. 18. *Discessionem*, Forner. *Rer. Quotid.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 136. Sed Florentinam tuetur Marckart. *Probab. rec. Lection.* II. *p.* 126. *seq.* ubi et notat Corasium, *Miscellan.* I. 8. monentem, in fin. legis pro *uxor* Al. habere: *vox*.

L. V.

L. V.

Si filia emancipata idcirco diverterat,] Valide. Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 99. *error.* 8. Facit huc *L.* 59. *tit. seq.*

Si constante matrimonio decessisset;] Aliquid videtur deësse. Vid. edit. Flor. (1). Basil. tamen nihil plus habent.

Danda igitur est ei dotis exactio, etc.] Mortua filia. Vid. Bachov. *d. loc.* ubi Fabrum in quibusdam notat.

(1) Ubi *τὸ et*, quod sequitur, uncis inclusum est, et malam repetitionem esse literarum finalium vocis praecedentis *decessisset*, notat Brencm. *h.* quapropter Hal. recte illud omisit. Vulg. *decessisset filia, et ideo* etc.

L. VI.

Quod alii temere nubere non possunt.] Ut illa apud Quinctil. *Declam.* 347. add. Brisson. *de Jur. connub.* [*Oper. minor. p.* 365.] et cujac. *ad Nov.* 22. Triboniani manus in hac lege conspicua (1).

(1) Uti praeter Brisson. et Cujac. *locc. citt.* etiam agnoscunt Rittershuf. *ad Novell. Part.* IV. *Cap.* 7. §. 11. Wissenbach. *Emblem. Tribon. p.* 63. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Altera caussa* etc. Bynkersh. *in Praef. ad posteriores* IV. *Libb. Obs.* Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 13. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 109. *in not.* et Walch. *ad Eckh.* I. 6. §. 236. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 8. §. 10. et *Dec.* 9. §. 1. Wyboni, *in Tribon. defens. p.* 301. non liquet. Sed dissentit H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 10. et quamvis quod de *quinquennio* in hac lege traditur, non Juliani esse agnoscat, sed Triboniani, vel alterius cujusdam, putat tamen, jam tempore Veterum JCtorum non statim a captivitate conjugis alterum impune in secundas consensisse nuptias, Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 13.

L. IX.

Paulus Lib. II. *de adulteriis.*] Vid. Brisſon. *ad L. Jul. de adult.* [*Oper. minor. p.* 223.] (1) add. *L. unic. in fin. unde vir. et ux.* et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nunc attingam* etc.

Niſi ſeptem *civibus Romanis puberibus* (2),] Quem numerum in nuptiis quoque adhibitum, putat Merill. *Obſ.* VIII. 37. ſed nulla, niſi ſua, auctoritate.

Praeter libertum ejus, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* (3).

(1) Vid. et Hoffman. *ad eand. Legem*, in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 228.

(2) *Testibus* addit Hal., etiam Baſil., non tamen necesſe. Vid. Brencm. *h.*

(3) Add. Trekell. *in not. ad Brisſon. loc. laud. p.* 224. et Voorda, *Theſ. Contr. Dec.* 9. §. 8. Sequitur: *et ceteris ſuſum verſum manumisſus ſit.* D. Goth. *in not.* „ Al. *ſurſum verſus.*" Sed *ſuſum* etiam ſcriptum in *L.* 28. *de probation.* et *ſuſum* esſe idem quod *ſurſum*, notat Scheller. *in Lexic.* Notanda autem haec verba esſe, quae ſic poſita raro inveniuntur, monet Conſt. Land. *Exercit.* in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 1419.

L. X.

Patrono invito *liberta* etc.] Vid. *L. ſeq.*

Niſi ex causſa fideicommisſi manumisſa ſit:] Facit huc *L.* 29. *de bon. libertor.*

L. XI.

Ulpianus Lib. III. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Junge *L.* 45. *de rit. nupt.* Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 214.] (1).

Quare (conſtare) *matrimonium* etc.] Cur hoc incluſum uncis? (2).

Denique ſcribit Julianus, de dote hanc actionem non ha-

be-

bere:] Connexio difficilis. Melius haec verba legerentur inferius ad *fin. pr.* Vel hoc ſenſu accipienda: actionem quidem esſe natam, ſed hanc eam non habere.

Cum nullo alio connubium ei est.] Vid. *L.* 8. *Cod. de oper. libertor.*

Quaſi diremtum matrimonium.] *L. unic.* §. 1. *unde vir et ux.* tamen dicitur jure durare.

Nec in concubinatu eam alterius patroni *esſe posſe.*] D. Goth. *in not.* „ *alterius quam patroni*, Hal." (3). Alii hoc ſubintelligunt.

(1) Et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 88.
(2) Apud Hal. abest. Vid. Geb. *h.*
(3) Probantibus Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 11. §. 10. Pothier. *in not. ad h. l.* Voorda, *Theſ. Contr. Dec.* 16. §. 9. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diſſ.* XXII. §. 6. mavult: *alterius niſi patroni.*

§. 2.

Proinde ſi patronus ſibi deſponderit *aliam*, *vel* deſtinaverit,] Sic etiam *L.* 66. *de rit. nupt.*

TITULUS III.

SOLUTO MATRIMOMIO DOS QUEMADMODUM PETATUR.

D. Gothofred. *in not.* „ Hic in edit. Accurſiana incipit *Infortiatum*, quod vocant, cujus vocis originem Accurſius repetit etc." Potius *infortiatum* dicitur ab *infortiando*, id est, ſolvendo, uti contra *confortiare* in Gloſſ. dicitur pro *confirmare*, et deſumtum hoc ab inſcriptione hujus tituli. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 36. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1320.] (1).

Soluto matrimonio etc.] Vid. *L.* 240. *de verb. ſign.*

Fa-

Facit huc Terent. *in Hecyr. Act.* 3. *Scen.* 5. *vs.* 52. — Actio haec ex aequo et bono: quomodo, vid. Cujac. *Obs.* XXII. 14.

(1) Sed vid. Schulting. *in Prolegom. ad Enarr. Part. Prim. Pand.* §. 12. ubi hoc in medium relinquit. add. Bach. *in Hist. jur.* IV. 1. *Sect.* 2. §. 8. et auctores ibi laud. De ipsa autem hac Pand. divisione in primis videndus von Savigny, *Geschichte des Römischen Rechts in mittelalter*, *Tom.* 3. *p.* 390. *seqq.*

L. I.

Dotium caussa semper et ubique *praecipua est:*] Merend. *Controv. Jur.* XIII. 46. putat, haec esse a Compilatoribus Pand., respicientibus jus novum (1).

Cum dotatas esse feminas etc. *maxime sit necessarium.*] More Romanorum, non ubivis. Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 254. *seq.* post Clar. Perizonium (2).

(1) Etiam Wissenbach. *in Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 65. *seq.* Sed dissentit Wybo, *in Trib. defens. p.* 302. *seq.*
(2) Vid. et Ferand. Adduens. *Explication.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 534.

L. II.

§. 1.

Ei dos ab eo profecta sit,] In *adventitia* dans legem rei suae, quam vult, dicere potest, etiam pacto filiae praejudicare. *L.* 6. *Cod. de jur. dot.* (1). Non est opus, hic agnoscere manum Triboniani cum Goveano, Cujacio, Wissenbachio. Vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 14.

Ipsius et filiae dos est:] Ratione obligationis. *L.* 34. §. 6. *de solution.* Vid. Ches. *Different. Jur. Cap.* 67. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 824.] (2).

Ei ergo promittendum erit, cui uterque jusserit.] *Stipulari* ab initio ipse pater solus potest. *L.* 29. *h. t. L.* 9. *in*

in fin. Cod. de pact. conv. non idem in *jussu*, qui non plus potest valere, quam pactum, quod filiae non nocet. *L.* 6. *Cod. de jur. dot.* In dote, ab extraneo data, dantis jussus sufficit. *L.* 2. *Cod. de jur. dot.* Vid. Chesium, *loc. modo cit.*

Quandoque (3) *sui juris filia fuerit facta.*] Ante non potest agere. Bart. *h.* Fab. *Cod.* V. 8. *Def.* 19.

Et puto, nec eam actionem amissam, quam adjuncta filiae persona potest habere:] Quae jus suum ipsa perdidit, nec numeratur amplius, nec patri obstat. D. Goth. *in not.* „ Imo amissa est. *L.* 7. *de pact. dotal.* " Sed vid. ad eam Legem.

(1) Aliter Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ostendit, quid juris* etc. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 11. §. 2. profectitiae dotis mentionem fieri putat, quia, quod de consensu filiae hic traditur, in ea dote plus dubii habet. Pari modo Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. et Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 6. §. 6. *num.* 22. *p.* 583. et Wybo, *in Tribon. defens. p.* 303. *seq.* Kellinghusen. *de Legib. nonnull. Roman. Cap.* 10. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 32. pro *et* legit *etsi.* Triboniani manum etiam agnoscit Balduin. *in Justinian. Lib.* II. in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* I. *p.* 1079.

(2) Add. de hac communione Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 11. §. 1.

(3) *Quandocunque*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* add. notata superius ad *L.* 42. *de jur. dot.*

§. 2.

Sed si absens filia sit, dicendum erit, etc.] Facit huc *L.* 2. §. 1. *de procurator.*

Ubi enim sapit, scire eam exigimus, etc.] Vid. Fab. *in Cod.* V. 8. *Def.* 18. (1).

(1) In seq. *L.* 3. verb. *quam filia accepit*, Stewech. *ad Arnob.* III. *p.* 87. *quam* dici censet pro *antequam.*

L. V.

L. V.

Neque dies dotis constitutae,] *Dictae* Ulpianum ſcripſisſe, et hoc a Triboniano mutatum esſe, cenſet Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. L.* 7. §. 1. *h. t.*

L. VII.

Fructus eos esſe conſtat, etc.] Vid. ad *h. l.* Cujac. *ad Lib.* XI. *Papinian. Quaestion.*

Necesſe est, primi anni computari temporis, quod ſit ante datum praedium.] Si etiam legas uno ſpiritu: *temporis quod ſit* etc. (1) res eodem redibit. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 16. *num.* 8. legit: *id temporis* (2).

(1) Ut exſtat hic locus in edit. Taurell.
(2) Etiam Reiz. *in Obſ. Miscellan. Vol.* X. *p.* 375.

§. 1.

Vindemiae fructus, et quarta portio mercedis inſtantis anni confundi *debebunt*, etc.] *Compenſari* exponit Hilliger. *ad Donell.* XIV. 7. ut *L.* 26. §. 4. *de condict. indeb.* Quod tamen non caret ſcrupulo, et ſic vir haberet nimis exiguam portionem. Imo *conjungi*, et his ex duobus fieri debet ſumma, cujus tertia pars cedat viro (1). add. Charond. *Veriſim.* I. 10. [in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 707. *ſeq.*] et Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 32. [in eod. Theſ. *Tom.* IV. *p.* 50. *ſeq.*].

(1) Sic quoque Cujac. *Obſ.* XIV. 22. quem ſequitur Voorda, *Diſſ. ad L.* 7. §. 1. *ſol. matrim.* §. 13. adject. ej. *Theſ. Controv.* qua Disſ. hunc locum de induſtria expoſuit, et varias etiam aliorum de eo Interpretum ſententias recenſuit, et examinavit. Cujacium ſequitur quoque Otto, *in Papinian. Cap.* 8. §. 1. *p.* 188. *ſeq.*

§. 3.

§. 3.

Item, si messes ejus anni, etc.] Vid. Cujac. *ad Lib.* XI. *Papin. Quaest.* (1).

(1) Egit de hoc et seq. §. etiam Langebek. *Annotation. Cap.* 23. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 562. *seq.* *Forma locationis* hic dici pro *locationis conventione*, notat Burman. *ad Sueton. Tom.* I. *p.* 99.

§. 5.

Qui post divortium percepti sunt,] Facit huc *L.* 31. *in fin. h. t.* et §. 10. *h. l.*

Compensationes *fieri possunt.*] Sic et *L.* 15. §. 1. *h. t.* *L.* 24. §. 6. *L. pen.* §. 1. *h. t.* *L.* 8. *de imp. in res dot. fact.* *L.* 5. *de dot. praeleg.* *L.* 6. *Cod. de compensat.* *L.* 1. *Cod. rer. amot.* quae loca Tribonianum ita immutasse (1), putat Jac. Gothofred. *ad L.* 173. §. *ult. de reg. jur.* (2). Aliter Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* I. 38. (3).

(1) Ut scil. vocem *compensationis* loco *retentionis* substituerit..

(2) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 6. §. 9. *not.* 28.

(3) Vid. et Charond. *Verisim.* II. 16. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 766. *seq.* — Ad seq. §. 9. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Injecta fructuum mentio* etc.

§. 12.

Puto autem, si arbores caeduae fuerunt, vel gremiales, etc.] Sic Nerius, *Analect.* II. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 408.] (1).

Si minus, quasi deteriorem fundum fecerit, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo ex non caedua sylva ligna in vineam caedere potest, dum ne deteriorem fundum faciat. *L.* 10. *de usufr.*" Nihil hoc obstat.

Nec in fructum cedere,] D. Goth. *in not.* „Imo fruc-

fructibus hae cedunt arbores, cum iis ad usum suum et villae uti possit. *L.* 12. *de usufr.*" Nec hic ἐναντιοφάνεια.

(1) Hal. *cremiales.* Esse etiam, qui *germinales* legant, sed plerosque Florentinam probare, notat Forner. *Rer. Quotid.* I. 15. in Thes. Otton *Tom.* II. *p.* 143. *Cremiales* tamen mavult Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXII. §. 6. et D. J. van Lennep. *Exercitat. Jur. Exerc.* 4. *p.* 42. Lugd. Batav. 1796. Pothier. *Pand. Justin. hoc. tit. num.* 44. *cremiales* in contextum recepit.

§. 13.

Et fundum fructuosiorem fecerit,] A Triboniano haec esse, vult Hotoman. *Obs.* XII. 12. D. Goth. *in not.* „*nec fundum* etc. Cujac. *ad L.* 4. *de usurp. et usuc.* et *Obs.* XV. 21. reprehensus a Roberto, etc." add. Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 37. (1). Sand. *Decis.* V. 3. *Def.* 3. qui accipit de fundo ante sterili, nunc pretiosiore, detectis lapidicinis: unde caesos quidem lapides viri esse, impensas vero ei non praestari. Pro lectione vulgata stant Basilic., et Nerius, *Analect.* I. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 337.] (2).

Quod caesum, neque exportatum (3), *est mariti,*] Basil. addunt: ὡς καρπὸς [*Tom.* IV. *p.* 344.] add. Sand. *loc. modo cit.*

Nisi tale (4) *sit, ut lapis ibi renascatur, quales sunt in Gallia, sunt et in Asia.*] Vid. D. Goth. *in not.* add. *Voyage* de Du Mont, *Tom.* II. *p.* 39. *et* 40. Mornac. *ad L.* 77. *de contrah. emt.* (5).

(1) Et Jauch. *de Negation. Pand. p.* 175.
(2) Add. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 15. *p.* 362. *seq.* et Kellinghusen. *de Legib. nonnull. Roman. Cap.* 7. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 28. *seq.*

(3)

(3) Forner. *Rer. Quotid.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 162. legit: *neque exportatum est, est mariti*, ope geminationis, probante van de Water, *loc. modo cit. p.* 364. *seqq.* ubi et notat Fabrum, *Conject.* I. 8. emendantem: *non est mariti, et impensa ei praestanda est.* qua emendatione nihil opus esse, notat quoque Brencm. *h.* Valde tamen ea placet Pothierio, *in not. ad h. l.* Late de hac Lege etiam egit Duirsema, *Conject.* I. 1. qui *ibid. p.* 268. Fornerii emendationem probat. add. notata superius ad *L. ult. de fund. dotal.*

(4) Hal. et Vulg. *talis.* Vid. Brencm. *h.* add. de his verbis van de Water, *d. loc. p.* 367.

(5) Et *ad L.* 9. *de usufr.* et *L.* 32. *de jur. dot.* add. et Galvan. *de Usufruct. Cap.* 28. *num.* 1. et Wissenbach. *ad L.* 77. *de verb. signif.* — In seq. §. 16. ad verba: *quia ex fructibus* etc. Taurell. *in annot.* habere: *in Pand. qua. non inepte*, idque valde probare Ant. Augustin. *Emendat.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1469. notat Brencm. *h.* Sequitur: *simili modo et si* pastina *instituit.* Hal. *pastinum*, et in margine: *alias, piscinam.* Vid. Brencm. *h.* qui *pastina instituere* explicat, terram altius egerere ad plantandas vites vel arbores. add. Brisson. *de verb. signif.* in voc. Quod hic impensae necessariae *petitio* et *actio* esse dicitur, ex mente JCti denotare *retentionem*, observat Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 13. §. 5. — Inscriptionem seq. *L.* 8. totam Flor. subantique uncis inclusam esse, ac si haec Lex esset pars Fragmenti antecedentis, atque ita etiam quaedam MSS. habere, testatur Brencm. *h.*

L. X.

§. 1.

Non enim aequum est, virum ob facinus suum dotem sperare (1) *lucri facere.*] Add. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 26. *Def.* 19. Idem de hereditate Matth. *Paroem.* 6. *num.* 10. ubi tamen distinguit.

(1) Apud Hal. *sperare* abest. Vid. Geb. *h.*

L. XIV.

§. 1.

Et negat servari oportere.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 32. *Def.* 19. (1). Non obstat. *L. unic.* §. 7. *Cod. de rei uxor. act.* quae de pactis circa modum et tempus restituendae dotis etc. accipi potest. Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 24. *Thes.* 4. *Lit. h. p.* 562. Schol. Basil. *Tom.* II. *p.* 35. hoc ad socium producunt.

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 13. §. 1.

L. XV.

§. 1.

Morum vero coërcitionem non habent.] Vid. *L.* 1. *Cod. Theod. de dotib.* ibiq. Jac. Gothofred. (1). Hinc colligunt, nec ob adulterium conjugis queri posse laesi conjugis heredes. Perez. *in Prael. ad h. t. Cod. num. ult.* Vid. de hac et similibus quaestionibus Maynard. *Decis. Tholos.* IV. 2. Cyriac. *Controv.* 104. *num.* 27. *seqq.* Wesel. *de Connub. bonor. societ. Tract.* II. *Cap.* 4. *num.* 33. Mev. *Decis. Part.* VII. *Dec.* 163.

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. — In seq. §. 2. verb. (*ut*) *in id damnetur*, *τὸ ut* in omnibus Codd. scriptis et editis adesse, et facile potuisse absorbi a literis finalibus vocis praecedentis, notat Brencm. *h.* — Ad seq. *L.* 16. vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 10. §. 2. *p.* 250.

L. XVII.

Neratius etc. *et Proculus scribunt, hoc justum esse.*] D. Goth. *in not.* „Imo Neratius contradicit, *L.* 21. *in fin. de re judic.*" Non negat, hoc justum esse, sed dicit,

alio

alio jure nos uti. Minus recte Perrenon. *Animadv.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 601.] (1).

(1) Vid. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 13. §. 2.

§. 1.

Sicuti, cum socia (1) *fuit, dabitur et exceptio.*] Vid. Basil. *Tom.* IV. *p.* 346. et 381.

(1) Id est, sicuti gauderet hac exceptione, si ex aliqua societate actione pro socio conveniretur. Pothier. *in not. ad h. l.* Hal. habet: *sicuti enim cum socia fuerit, sic dabitur* etc. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Si in judicio dotis Judex, ignorantia juris lapsus, condemnaverit maritum in solidum, etc.] Non contra jus constitutionis, sed contra jus mariti. Aliter Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. *ult.*

L. XVIII.

Etiam filios mulieris,] Non privignos, ut male Gloss. Vid. Someren. *de Jur. novercar. Cap.* 15. *num.* 3.

Qui patri heredes exstiterunt,] Non tamen ut heredes, sed ut filii. Vid. Cyriac. *Controv.* 5. *num.* 188.

§. 1.

Actiones solas, quas eo nomine quasi maritus habet, praestandas mulieri, etc.] Facit huc *L.* 51. *de pecul.*

L. XIX.

Redintegrato matrimonio, exspirat judicium, etc.] *Rei uxoriae.* Si *ex stipulatu*, datur exceptio. Vid. *L.* 13. *de jur. dot.*

L. XXII.

Si cum dotem daret pater, etc. *in unum casum pepigit*,] Est pactum adjectum negotio bonae fidei in continenti. Male Pratej. *Jurispr. med.* IV. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 575.]

Dicendum est, in eum casum, in quem non pepigit, etc.] Casus omissus non suppletur. Vid. van Leeuwen, *Censur. Forens. Part.* I. *Lib.* I. *Cap.* 12. *num.* 10. (1).

(1) Pene totam hanc Legem Triboniani, non Ulpiani, esse, censet Nic. Catharin. *Obs.* III. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 785. — Ad seq. §. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 11. §. 6.

§. 2.

Decepta accipiat, etc.] Dolus enim praestandus est. *L.* 74. §. *ult. de eviction.* Sand. *de Action. Cession. Cap.* 9. *num.* 21. Alii aliter. *Ibid. num.* 20.]

§. 3.

Quantum dotis *satis esset:*] An, *doti* (1).

Lucroque ejus cedit, si tantum *ab eo consecuta sit*, etc.] D. Goth. *in not.* „*si amplius*, Cujac. *Obs.* III. 16." ex *L.* 34. §. 5. *de legat.* 2do. Dissentit Merill. *Obs.* III. 11. qui aliter interpungit (2).

(1) Sic Hal. et valde probabiliter, ait Brencm. *h.*

(2) Et quem sequitur Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 11. §. 7. Aliter Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 50. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 640. *seq.* — Sequitur in §. 4. *filiae satis dotis fieri oportet.* Malam hanc e Graeco versionem dicit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 174. *Dotis*, subintellige *nomine.* Vid. D. Goth. *in not.*

§. 5.

Quo lis contestatur.] Facit huc *L.* 3. *Cod. de novation.*

§. 6.

§. 6.

Si filia verecunde per absentiam patri condicat?] D. Goth. *in not.* „*contradicat* (1) Hal." et Basilic. bene.

(1) Etiam Taurell. in margine, et Flor. ita mutatum. Vid. Brencm. *h.* *Contradicat* etiam legit Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 6.

§. 7.

Et si quidem intervallum furor habeat, etc.] Haec, et quae sequuntur, sunt Triboniani (1). Dissentit Bynkersh. *Obs.* VIII. 15. (2).

Tunc nullo modo oportet dirimi matrimonium:] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* IV. *Const.* 20. *Def.* 11.

Quid enim tam humanum est, quam ut fortuitis casibus mulieris maritum, vel (3) *uxorem viri participem esse?*] Add. Plutarch. *in Bruto*, *p.* 989. Lucian. *Amor.* *p.* 893. Dion. Cass. *Lib.* LV. *in pr.* Chrysost. in Genes. *Serm.* XXXII. *p.* 260. Hinc vero colligunt quidam, uxorem debere maritum in exsilium sequi. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 47. *Def.* 7. vid. tamen et *Def.* 8.

Procreandae sobolis cupidine tenta est dirimere,] Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 11. *num.* 7. legit: *et procreandae* etc. et mox τὸ *dirimere* inducit. Bene. *Dirimere* est e Glossa.

(1) Vid. Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 69. *seq.*

(2) Et Wybo, *in Tribon. defens. p.* 304. *seqq.* Nihil quoque monuit Pothier. *Pand. Justin. Tit. de divort. et repud. num.* 6. *et* 7. Ulpiani impurae scribendi rationi adscribit Puttman. *Probabil.* II. 9. §. 2. *p.* 61. Sed vid. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 7. §. 1. *p.* 43. *seq.* add. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 25. et auctores ibi citatos.

(3) *Vel* pro *et* accipit Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 11. §. 3. *p.* 235. aut pro *ut* substi-

ſtituit *aut.* Apud Hal. et Vulg. *ut* abest. Vid. Brencm. *h.* Sequitur: *ſin autem tantus furor est*, etc. Ad haec verba vid. Nerium, *Analect.* II. 34. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 484. — Seq. §. 8. foedo interpretis Latini ſtylo prope tabescere, cenſet Jenſ. *in Strict. ad Pand. p.* 174. Totum a Triboniano interpolatum, dicit Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et uxor.* IV. 24. In verbis: *ſin vero dotem ita disſipaturus ita manifestus est*, alterum *ita* delendum esſe, et Graecismum latere, notat Brencm. *h.* add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 107. Vulg. *ita disſipare manifestum est.* Hal. *ita eum disſipare manifestum est.* Brencm. *d. loc.* — Sequentem §. 9. Hal. parentheſi includit, et in margine notat: *haec alias deſunt.* Etiam Flor. hic §. uncis incluſus est majoribus. Vid. Brencm. ad §. 1. *h. l.*

§. 12.

Sed ſi filiusfam. ſit maritus, et dos ſocero data ſit, adverſus ſocerum agetur.] Vid. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 7. *Quod ſi filio data ſit, non juſſu patris*, etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* XVI. 50.

§. 13.

Vel ex dote comparatae:] Add. *L.* 54. *de jur. dot.* ubi vide (1). In aliis praefertur dominus. *L.* 52. *pr. de pecul.* Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 38. *de pecul.* Simile *L.* 11. *de adm. et peric. tutor.*

(1) Ibiq. cit. Noodt. *ad Tit. Pand. de jur. dot.* vs. *Non aliena* etc. — Ad ſeq. *L.* 23. vid. Voorda, *Theſ. Contr. Dec.* 11. §. 8. circa fin.

L. XXIV.

Si autem omnes vel plures non esse gravidam renunciaverint, etc.] Juratae. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 19. Aliter Gloss., nec sine caussa, in re tam incerta interdum.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 24. §. 7. *not.* 13. *Novam rem* esse rem ante inauditam, et inusitatam, scil. ventrem inspicere, et custodes adponere, notat Trotz. *de Memor. Propag. Cap.* 2. §. 3. *p.* 112. Explicuit hoc rescriptum Westenberg. *in D. Marco, Diss.* X. *p.* 115. *seqq.*

(2) Add. Cujac. ad Paul. *Sent.* II. 24. §. 7. *not.* 14.

§. 1.

Partus enim, antequam edatur, mulieris portio *est, vel viscerum:*] Id de filio matris Advocatus dicit apud Quinctil. *Declam.* 338. [*p.* 704. ed. Burm.] Ergo viro nihil hactenus juris (1).

(1) Pluribus hoc adstruxit F. G. Boers. *Spec. de Anthropol. JCtor. Roman. etc. Sect.* 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 131. *seqq.* Sequitur: *Igitur* Princeps *in caussa necessaria subvenit.* Van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 2. *p.* 339. legit: *Praetor.* Sed vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 16. §. 1.

§. 3.

Pignoraque ejus capienda, etc.] Vid. Plutarch. *in Caton. Minor. p.* 777. et Cicer. *Philipp.* I. 5.

§. 4.

Ordo Senatusconsultis *expositus sequetur:*] D. Goth. *in not.* „Al. *Senatusconsulti* (1)." Non opus. Vid. §. 1. *h. l.*

(1) Sic quoque Hal. *Sequetur* hic passiva significatione usurpari, notat Westenberg. *Diss. supra laud. p.* 119. add. notata superius ad *L.* 19. *de jurisdiction.*

§. 8.

Vel ipsa eum illexerat, ut crederet, etc.] Hinc colligunt, de nullitate non posse conqueri, qui ei ipse caussam dederit. Cyriac. *Controv.* 416. *num.* 10.

§. 10.

His, ad quos ea res pertinebit,] Vid. seq. §. 12. et 13.

Ut mittant, si velint, etc.] Sic recte legitur, et sic Basil. (1).

Mittantur autem mulieres liberae *duntaxat quinque*,] *Obstetrices*, Paul. *in Sent.* II. 24. §. 8. *Quinque.* Aliud *pr. h. l.*

Dum ne qua earum, dum inspicit, invita muliere ventrem tangat.] Aliud volunt, cum de virginitate probanda agitur. Stryk. *de Jure Sens. Diss.* I. *Cap.* 1. *num.* 49. *seqq.*

Mu-

Mulier in domu honestissimae feminae pariat, quam ego constituam.] Non idem in *pr. l.* nec *tit. praec.* (2).

Et tres liberae cum binis *comitibus custodiant.*] *Quatuor* in universum. Glosf. *h.*

Hae, quae intus futurae erunt, excutiantur omnes in eo conclavi, ne qua praegnans *sit.*] Flor. *praegnas* (3).

Scilicet quia tenebrae ad subjiciendum aptiores sunt.] Haec non sunt Praetoris, sed JCti, vel Glossatoris verba (4). Ipsa interpretatio sequitur.

Quoad trium mensum *sit.*] Sic etiam *L.* 7. §. 11. *de adm. et peric. tutor.* add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1307.] (5).

(1) D. Goth. *in not.* Al. *si nollent.* Verbis: *ut mittant, si velint, quae ventrem inspiciant:* item, *ut mittant, si velint, quae ventrem custodiant:* nec non, *ut mittant, quibus praesentibus pariat*, non argumentum, sed scopum earum denunciationum designari, sentit Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 16. §. 2.

(2) Alias etiam differentias inter hoc Edictum et SCtum Plancianum recenset Voorda, *d. Dec.* 16. §. 2.

(3) Ita semper scribitur in Pand. Flor. Vid. notata superius ad *L.* 5. §. 3. *de stat. homin.* et *L.* 1. §. 5. *si pars hered. pet.* Ceterum Voorda, *d. Dec.* 16. §. 3. verba haec paulo aliter interpungit, legens: *hae quae intus futurae erunt, excutiantur omnes: in eo conclavi ne qua* etc.

(4) Ejicienda haec verba esse, sentit quoque Voorda, *d. Dec.* 16. §. 3.

(5) Et notata superius ad *L.* 1. *de feriis, Tom.* I. *in Addend. p.* 618. Hal. *mensium.* Vid. Geb. *h.*

§. 14.

Quos proxima spes successionis contingit,] *Contingunt*, MS. Flor. (1), probante Scip. Gentil. *Parerg.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1280.]

(1) Deletam tamen esse literam *u*, sed recenter, testatur Brencm.

Brencm. *h.* — Ad seq. §. 15. vid. Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* II. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1211.

L. II.

Edictum de custodiendo partu derogatorium *est ejus, quod* etc.] Id est, facit, ut id cesset, neglectis iis, de quibus supra. D. Goth. *in not.* „ Cujus? An *Carboniani?* An *Edicti de ventre in possessionem mittendo?*" Posterius respondet Gloss. 2da.

L. III.

Qui ventri substitutus *est,*] *Vulgariter.* Bartolus, *pupillariter:* quem notat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 3.

L. IV.

Respondi — posse videri ad ejus, cui fideicommissum datum esset, sollicitudinem perspiciendum,] Lege: *respiciendum* (1).

(1) Pari modo Brencm. *h.* Hal. et Vulg. *prospiciendum.*

TITULUS V.

SI VENTRIS NOMINE MULIERE IN POSSESSIONEM MISSA, EADEM POSSESSIO DOLO MALO AD ALIUM TRANSLATA ESSE DICATUR.

L. I. (1).

(1) §. 1. *Verum eum quoque, in cujus potestate ea fuerit, scil si dolo* ipsorum *alius* etc. pro *ipsius.* Sed etiam alibi diversos numeros per enallagen conjungi, notat Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 171.

§. 2.

§. 2.

Sed melius, et civilius faciet, si eum per interdictum etc.] D. Goth. *in not.* „ An, *uti possidetis?* An, *unde vi?* etc." Quid, si intelligamus interdictum, non ex edicti ordine, sed extra illum a Praetore propositum, ut *L.* 9. §. 1. *de damn. infect.* Vid. D. Goth. *in not. ad L.* 15. *ad exhib.* ubi alia exempla (1).

Ad jus ordinarium *remiserit.*] Dato scil. Judice, ut olim fiebat. Vid. ad *L.* 3. §. 3. *de liber. exhib.*

(1) Conf. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 16. §. 5. *et* 6.

§. 4.

Haec actio etiam post annum *dabitur*:] D. Goth. *in not.* „ Imo *annalis* videtur. *L.* 1. §. 3. *seq. tit.*" Est alia (1).

(1) Add. Voorda, *d. Dec.* 16. §. 4.

L. II.

§. 1.

Ab eo, qui in potestate est,] *In possessione*, Cujac. *Obs.* XXIII. 39. (1).

(1) Quem laudat quoque Voorda, *d. Dec.* 16. §. 4. *in fin. In possessione* habet quoque Hal. et in contextum recepit Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 3.

TITULUS VI.

SI MULIER VENTRIS NOMINE IN POSSESSIONE CALUMNIAE CAUSSA ESSE DICETUR.

L. I.

§. 3.

Quasi poenalem.] Quia non tam datur ob favorem actoris, ut fit *L.* 1. §. 4. *tit. praec.*, quam in odium rei. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.*

§. 6.

Vel is *qui substitutus fuit*,] Lege: *vel ei* (1). Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. *p.* 27. *vel si quis.*

(1) Ita MSS. et editiones. Vid. Brencm. *h.* qui addit, Taurellium *is* pro supervacuo habuisse, uti est. Etiam Waechtler. *Opusc. p.* 483. *is* abundare dicit, quamvis *praec. p.* 451. *ei* non improbet. Praecedit: *vel coheredi speranti* partum. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXII. §. 11. mavult *partem*. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 16. §. 7. Florentinam, absque ulla nota, secutus est.

§. 11.

Libertati *plane subveniendum erit* etc.] *Libertatibus*, Charond. (1).

(1) Etiam Hal. Vid. Geb. *h.*

TITULUS VII.

DE CONCUBINIS.

De earum cum uxoribus convenientiis, et ab iis differentiis, Merill. *Obs.* III. 16. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Est igitur concubinatus* etc. Voorda, *Thes. Contr. Dec* 16. §. 10. G. Jordens, *Diss. de Legitimatione*, *Cap.* 3., in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 337. *seqq.* quo capite de jure concubinatus egit.

L. I.

Ulpianus Lib. II. *ad Legem Juliam et Papiam.*] *Lib.* III. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 216.] Sic junge cum *L. ult. de divort. et repud.* Dissentit Heinecc. *ad eand. Legem*, I. 5. *p.* 68. *et* 88.

Quae in concubinatu *est* etc.] Non, uxor. *L. ult. de divort. et repud.* (1).

Ab *invito patrono poterit discedere*, etc.] *An invito patrono* etc. Heinecc. *d. loc. p.* 251.

Quippe cum honestius sit patrono libertam *concubinam*, etc.] Interdum ob hanc caussam ancillae manumissae. Plaut. *Epidic. Act.* 3. *Scen.* 4. *vs.* 29. *seq.* Sensum Ulpiani esse, honestius esse patrono, eam, quae ab eo invito discessit, alterius concubinam esse, quam ad dignitatem matrisfam. adspirare, putat Heinecc. *loc. modo laud.* Sed sic foret mox legendum *haberi.*

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 16. §. 9. qui *ibid.* §. 8. emendationem Heineccii quidem probat, non vero ejus interpretationem. Alii aliter. Vid. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 11. §. 9. De voce *ho-*

ne-

nestius vid. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 55. *p.* 266.

§. I.

Et puto, solas eas in concubinatu habere *posse* etc.] An, *haberi?* (1).

In quas stuprum non committitur.] Vid. Horat. *Lib.* I. *Sat.* 2. (2).

(1) Sic Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* probante Wieling. *loc. modo cit. p.* 152.

(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Est igitur* etc. et Heinecc. *loc. modo laud. p.* 172. — In seq. §. 3. pro *si qua in* patroni *fuit concubinatu*, Steph. et Baudoz. habent: *patris*, et sic quoque Basilic. Res eodem redit. Vid. Brencm. *h.* Nihil tamen mutandum putat Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 127. et Marckart. *Interpr. rec. lection.* II. 15. §. 2. *p.* 268. *seq.* Sed *patris* legi malunt Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 11. §. 11. *p.* 154. Gul. Nic. van Zevenhoven, *Diss. de Dubia quarund. Legum Lectione*, *Cap.* 6. Lugd. Batav. 1740. Jordens. *Diss. supra laud. Cap.* 3. §. 10. *in not.*

L. II.

Paulus Lib. XII. *ad L. Juliam et Papiam.*] *Lib.* II. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 251.

L. III.

In concubinatu *potest esse* etc.] *Concubatu*, Flor. (1).

Et aliena liberta,] Ex libertino genere multae quaestum corpore faciebant. Plaut. *Cistell. Act.* 1. *Scen.* 1. *vs.* 40. (2).

Et ingenua,] Prohibuisse hoc Aurelianum, tradit *in ipsius vita* Vopisc. *Cap.* 49.

Vel quaestum corpore fecit:] Facit huc *L.* 24. *de rit. nupt.* Inde explicanda *L.* 21. *pr. de captiv. et postlim. rev.*

Alioquin si honestae vitae, et ingenuam mulierem etc.]

Noodt.

Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin. huc refert locum Tacit. *Annal.* II. 85. et alia habet, mihi valde dubia.

Sine testatione hoc manifestum faciente,] Stylus videtur Triboniani. Huc vero refer *L. pen. Cod. ad SCtum Orphit.* Inepte Vertr. Maurus, *de Jur. liberor. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1043.] testationem intelligit, de qua *L.* 220. §. 3. *de verb. sign.* Nec bene Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 30. *p.* 791. accipit pro instrumento *nuptiali:* est enim de *concubinatu* (3).

Sed necesse ei esse, vel uxorem eam habere, etc.] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 172.

(1) Male. Vid. Brencm. *h.* Vitium putem scripturae.
(2) An etiam ancilla? Videtur negare Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 2. Sed vid. *L.* 8. *de pign. et hyp.*
(3) Add. de hac *testatione* Jordens. *laud. Diss. Cap.* 3. §. 8.

§. 1.

Nec adulterium per concubinatum ab ipso committitur:] *Stuprum* explicant quidam. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 22. Aliter Huber. *in Prael. ad eund. Tit. num.* 1. bene (1).

Quia concubinatus per Leges *nomen adsumsit*,] Id est, *Juliam et Papiam.* D. Goth. *in not.* (2). In Capite, de quo *L.* 1. *h. t.* secundum Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 216.] Aliter Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 82. et 165. Non tamen concubinatus *justa* conjunctio est: quod Cujacium aliquando putasse, ait Merill. *Var. ex Cujac.* I. 33. notatus propterea ab Os. Aurel. *Dispunct.* 34. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 779.]

Extra Legis *poenam est:*] Id est, *Legis Juliae de adulteriis.* Merill. *Obs.* III. 15.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 20. §. 1. *not.* 2. Sed *adulterium* hic pro *stupro* accipiendum esse, et con-

concubinatum *mariti* non fuisse permissum, cum Wissenbachio putat Jordens. *Diss. laud. Cap.* 3. §. 3. *seqq.* *Stuprum* explicat quoque Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Add. Merill. *Var. ex Cujac. loc. cit.* et *Obs.* V. 10. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 1. *p.* 14. Jordens. *d. Cap.* 3. §. 1.

L. IV.

Concubinam ex sola (1) *animi destinatione* etc.] Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* IV. *Cap.* 1. *num.* 12. *p.* 193.

(1) Id est, sine honore ac dignitate, qua uxor aestimatur, Perrenon. *Animadv.* II. 25. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 656. add. Jordens. *Diss. laud. Cap.* 3. §. 9.



LIBER

LIBER VICESIMUS SEXTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE TUTELIS. (1).

(1) Conf. J. G. Seger. *Diss. de Histor. Jur. Rom. liberae reipubl. de tutelis et curationibus*, in ej. *Opusc. Vol.* I. *p.* 61. *seqq.* et von Löhr. *ueber die Römischen begriffe von Tutel en curatel*, in ej. *Magaz. fur Rechtswissenschaft*, *Tom.* III. *num.* 1. *p.* 1. *seqq.* Plures alii, qui de hoc argumento egerunt, citantur in *Bibl. Lipen.* ejusq. *supplem.* in voc.

In hac posteriore parte Digestorum apud Hal. plurimas Legum inscriptiones praeter nomen JCti nihil exhibere, monet Geb. *ad inscript. L.* 1. *h. t.* add. Ant. Augustin. *Emendat.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1444. et Reinold. *ad Mercer. Conciliator. not.* 152. *p.* 106. *seq.*

L. I.

Vis ac potestas] Δύναμίς τις καὶ ἐξουσία. Basil. [*Tom.* IV. *p.* 826.] (1).

Propter aetatem suam (2)] Non igitur hic continetur tutela muliebris. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* (3).

(1) Theophil. *in Paraphr. ad* §. 1. *Inst. h. t.* δίκαιόν τε καὶ ἐξουσία, et sic etiam Harmenop. V. 11. §. 1. Male. Vid. Fab. *ad d. loc. Theoph.* add. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 1. *Vis ac potestas* saepius conjunguntur, et synonyma hic sunt. Vid. Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 5. Explicari posset, *vis*, *id est*, *potestas*, aut *vis seu potestas*. Conf. notata superius *ad L.* 17. *de Legib. not.* 2. Plura de hac Servii definitione tutelae legi possunt apud Interpp. *ad* §. 1. *Inst. h. t.* add. Henr. Ernst. *Var. Obs.* II. 25. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1159. *seq.*

seq. Merill. *Obs.* VIII. 17. Huber. *Digression.* III. 2. Toullieu, *in Collectan. p.* 279. *seqq.* et in primis Gebauer. *Progr. de Servii Sulpicii definitione tutelae*, in ej. *Exercit. Acad. Vol.* II. *Exercit.* 26. Pro *ad tuendum eum* Grammatice dici debuisse: *ad tuendum id*, sed non esse Veteribus insolens hoc genus loquendi, observat quoque Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. add. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 4. *p.* 25. et notata superius ad *L.* 1. *pr. de pactis.*

(2) Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 179. legit: *propter aetatem sua sponte* etc. quod mavult quoque Brencm. *h.* et sic etiam Hal. Vid. Geb *ibid.*

(3) Aliter Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad* §. 1. *Inst. h. t.* Sed cui neminem hac in re facile assensurum, opinor. Ceterum, de hac *tutela sexus*, de qua nihil in Jure reperitur, in primis videndus Otto, *Diss. de Perpetua feminarum tutela.* Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 236. *seqq.* et *in Antiq. ad h. t. Instit.* §. 16. *seqq.* Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 11. §. 1. 25. *et* 27. Pothier. *Pand. Justin. in Append. ad Libb.* XXVI. *et* XXVII. *Tom.* II. *p.* 236. *seqq.* Novissime autem hunc antiquitatis locum etiam ex Gaji Institution. Veronens. illustravit von Savigny, *Beytrag zur Geschichte der Geschlechtstutel*, in ej. *Zeitschrift fur Geschichtliche Rechtswissenschaft.* 3. *B.* 3. *H. N.* X. et von Löhr, *von der Tutel uber Weiber, ihrem Zwek*, etc. in ej. *Magaz. fur Rechtswissenschaft und Gesetzgebung*, 3. *B.* 4. *St. N.* XII. — Ad seq. §. 1. vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1362. Menag. *Amoenit. Jur. Cap.* 39. *p.* 393. *seq.* Otton. *de Aedilib. Colon. et Munic. Cap.* 4. *p.* 109. — Quare Taurellius in seq. §. 3. verba *Sexagesimo ad Edictum* asterisco notaverit, se ignorare fatetur Brencm. *h.* cum in archetypo nihil sit notatum, et omnia continua scriptura decurrant. add Wieling. *in not. ad Indic. JCtor. Alphabet.* in *Jurispr. Restit. p.* XC. Hal. habet: *Lib.* XVI. *ad Sabinum.* Vulg. *Lib.* XVIII. *ad Edictum.* Vid. Brencm. *d. loc.*

L. III.

Nihilo minus tutores accipere poterunt,] Facit huc *L.* 6. §. 3. *h. t.*

Quia Lex XII. *Tabb. ita accepta est,* etc.] In verbis: *ast ei custos nec escit.* Vid. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 107. *et* 172.] (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 28. §. 7. et Schulting. *ad Caj. Instit.* I. 8. §. 1. *not.* 7. quem etiam vid. *ibid.* de verbis seq. §. 1. *et ita Imp. Antoninus Augustus* etc. add. de hoc §. Amaya, *Obs.* I, 8.

§. 2.

Tutorve cum eorum quo litem *agere vult,*] *Legitimo judicio,* Ulpian. *in Fragm. Tit.* 11. §. 24. et sic forte hic scripsit. Vid. Noodt. *ad Tit. Pand. qui pet. tut. vel cur.* vs. *Qui? Modestinus* etc. Sed *litem agere* defendit Bynkersh. *Obs.* VII. 13. in fin. (1).

Et curator *in eam rem petitur,*] *Praetorius tutor* Ulpiani tempore dabatur. §. *ult. Inst. de auctor. tutor.* idque ob judiciorum solennitatem. Facit huc *L.* 19. *de auct. et cons. tut. L.* 17. §. 1. *de appellat.* add. de hac re Ulpian. *Fragm. Tit.* 11. §. 24. (2). Unde *τὸ curator* in hac Lege, et seq. *L.* 4. *et* 5. et *L.* 24. §. 1. *de testam. tutel.* et *L.* 9. §. 4. *de tut. et rat. distr.* a Triboniano esse censet Vinn. *ad d.* §. *ult. Inst.* quod verisimile (3), etsi aliter Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de in lit. dand. tutor.* Dissentit Bynkershoek. *Obs.* VII. 13. (4).

Talem curatorem neminem dari posse, nisi praesentem,] D. Goth. *in not.* „ Et approbantem: potest enim se excusare.” add. Fab. *in Cod.* V. 27. *Def.* 2.

(1) Et *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.
(2) Et Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 184.
(3) Vid. Schulting. *ad d. loc. Ulpian. not.* 73. Pothier. *Pand. Justin. tit. de tutor et cur. dat. num.* 24 *seq.*

Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 21. §. 2. add. Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 71. et Noodt, *loc. laud.*

(4) Etiam Wybo, *in Tribon. defens. p.* 306. *seq.* et Eckhard. *in Herm. Jur.* I. 6. §. 245. *in not.*

L. IV.

Si indistincte datus sit curator,] Vid. ad *L.* 3. §. 2. *h. t.*

§. 1.

Possunt autem vel plures etc.] D. Goth. *in not* „Imo unus tantum dandus est. *L.* 5. *in fin. judic. solv.*" ea huc non pertinet.

L. V.

Cum semel petitus sit talis curator,] Vid. ad *L.* 3. §. 2. *h. t.*

L. VI. (1).

(1) *Pr.* in fin. *accommodare.* Forte rectius accommodari. Vid. Brencm. *h.* — Ad seq. §. 1. verba: *sed admonitionem, non aliter* etc. H. a Porta notare: *In Pand. Flor. Sed admonitionem satisdederit hoc est non aliter ei gerere*, sed nihil ejus rei in archetypo se invenisse, testatur Brencm. *h.*

§. 2.

Neque imperii *est*,] Quod competit Magistratibus majoribus.

Neque jurisdictionis,] Quae competit Magistratibus minoribus. Add. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 4. et Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 5. *num.* 3. (1).

(1) Vid. et Noodt. *de Jurisd. et imp.* I. 1. et *ad Tit. Pand. de tutor. et cur. dat.* in pr. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 19. §. 3.

§. 3.

§. 3.

Surdo impuberi poterit tutor dari.] Facit huc *L.* 3. *pr. h. t.* (1).

(1) In seq. *L.* 8. pro: *et si qua in fraudem* debitorum, Cujacium legere *creditorum*, notat D. Goth. Probat hoc Leunclav. *Notat.* II. 57. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1517. quia etiam Graeci ita legunt. Sed vid. Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* II. *p.* 169. *seq.* et Brencm. *h.*

L. IX.

In eos extra ordinem animadvertitur, etc.] A Praefecto urbi. §. 10. *Inst. de susp. tutor.* add. *L.* 13. *de poenis.*

L. X.

Etiam non municeps *tutor dari potest*, etc.] Sic bene (1). Vid. *L.* 24. *de tutor. et cur. dat.* (2). Nec opus de incola accipi cum Scip. Gentil. [*Oper. Tom.* III. *p.* 112.] et Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 8. *Thes.* 4. *Lit. f. p.* 432. et Noodt. *ad Tit. Pand. de tutor. et cur. dat.* vs. *Praeterea refert* etc. (3) etsi id quoque fieri queat. *L.* 29. *ad municipal.* — In testamentario hoc verum. *L.* 32. *tit. seq.* quo tamen non respexit JCtus.

(1) D. Goth. *in not.* „Veteres quidam legunt: *etiam municeps.*" Hal. quoque habet in margine: *alias deëst negatio*, et ita est in Vulg. Vid. Brencm. *h.* eamque lectionem in contextum recepit Pothier. *Pand. Just. tit. de tutor. et cur. dat. num.* 9.
(2) Conf. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4. in fin. add. Jos. Fern. de Retes, *ad Tit. de interd et releg.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1204 *seq.*
(3) Etiam Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XI. *num.* 10. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 3.

L. XII.

Idem Lib. X. *Responsorum*,] Junge *L.* 25. *de tut. et curat. dat.* Cujac. *ad Libb. Paul. Resp. in expl. h. l.* (1).

Qui in locum absentis Reipubl. caussa tutores dati *sunt*,] D. Goth. *in not.* „a testatore, etc." Male.

(1) Sed vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 17. §. 8. quem etiam vid. *ibid.* §. 9. de ultimis Legis verbis: *in eadem caussa perseverare* etc.

L. XV.

Sed missus ad eos quasi Legatus,] Et diutius illic haereat. Bachovius, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 8. *Thes.* 7. *Lit. f. p.* 451. accipit de retento ab hostibus contra jus (1).

Aut etiam receptus ab eis, aut transfugerit, etc.] Noodt. *ad Tit. Pand. de tut. et cur. dat.* vs. *Illud quale* etc. legit: *haut etiam*, et illa: *aut transfugerit*, delet. Late Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 603. *seqq.*] Sed satis non facit. Donell. *in Comm. Jur. Civ.* III. 14. legit: *haud transfugerit:* quod non probo (2). Cujacius, *Obs.* IV. 9. et alii dicunt, manere eum tutorem, quia manet civis. Bachovius, *loc. modo cit.* quia nondum est condemnatus, nec se suo facto onere tutelae eximere potest. add. et Lyclam. *Membran.* V. 17. et Conf. *L.* 29. *pr. de excusat.*

(1) Noodt. *loc. laud.* pro *quasi legatus* reponit: *quasi lege*, vel *qua lege*, id est, aliqua lege.

(2) *Ut transfugerit*, id est, quasi transfugerit, Nic. Anton. *de Jur. Exul.* I. 8. *num. ult.* in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 28. *Antequam receptus ab iis, alio transfugerit*, Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 10. §. 4. *p.* 53. Verba *aut transfugerit*, imprudenti JCto excidisse, putat Wisenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 5. Pothier. *in not. ad h. l.* accipit

pit de iis, qui ad tempus sine dolo transfugiunt, et animum revertendi conservant. Egit etiam hac de re Jos. Fern. de Retes, *ad Tit. de interd. et releg.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1205. *seqq.*

L. XVI.

Tutela plerumque virile officium est.] Tò *plerumque* a Triboniano est: olim ordinario nunquam. *L. ult. h. t.* (1).

(1) Add. Wissenbach. *Emblem. Tribonian. Cap.* 4. *p.* 72. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 547. Walch. ad Eckhard. *Herm. Jur* I. 6. §. 244. *et* 248. *p.* 439. *et* 447. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 17. §. 7. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 308. etiam Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Sed ad liberos virilis sexus perfectae aetatis descendunt legitimae:] Jure agnationis. *L.* 46. *fam. ercisc.* Tà *perfectae aetatis* a Triboniano sunt. Vid. Pithoeum, *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 16. [§. 8. *not.* 53. in fin.] Cujac. *ad tit. Inst. de fiduc. tutel.* (1). Dissentit Otto, *ad* §. 13. *Inst. de excusation.* (2).

(1) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 11. §. 20. *not.* 58. et Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 73.

(2) Etiam Wybo, *in Tribon. defens. p.* 309. *seq.*

L. XVIII.

Feminae tutores dari non possunt, etc.] Vid. *L.* 2. §. 25. *ad SCtum Tertull.* (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 19. §. 1. *et* 2. ubi juris progressum hac in re exposuit.

TITULUS II.

DE TESTAMENTARIA TUTELA.

L. I. (1).

(1) *Pr. Lege duodecim Tabularum* etc. Verba Legis exstant apud. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 11. §. 14. ubi vid. Schulting. add. Noodt. *Obs.* II. 19. et *ad h. t. Pand.* in pr. et Ger. Meerman. *Diss. de reb. manc. et nec mancip.* §. 109. *p.* 66. *seqq.*

§. 1.

Qui modo in ea caussa sint, ut, si vivo eo nati fuerint, in potestate ejus *futuri sint,*] Vid. *L.* 73. §. 1. *de reg. jur.* (1).

(1) Et Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 146. *seq.* Additur: *neque testamentum rupturi*, id est, si vel heredes instituti sint, vel rite exheredati. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Igitur effectum est* etc.

L. II.

Nec militem liberis etc.] D. Goth. *in not.* „ Cur ita? Vid. *L.* 28. *de milit. testam.*" add. *L.* 40. *de adm. et peric. tutor.*

L. III.

Qui codicillis testamento confirmatis etc.] Expresse, non tantum ad testamentum factis. *L.* 5. §. 14. *de his quae ut indign.* ubi haec distinctio (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Dixi de modo* etc. in fin.

§. 1.

§. 1.

Qui jure dati sunt.] Vid. *L.* 1. *tit. seq.*

L. IV.

Modestinus Lib. VII. *Differentiarum.*] Differentiam inter tutorem datum a patre, et a matre ostendit duplicem (1).

Mater autem non nisi instituto (2) *quasi* in rem *potius*, etc.] Id est, in bona matris. *L.* 9. §. 8. *de adm. et per. tut.*

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* circa fin. et Joh. van Nispen. *Diss. ad Libb. Modestin. Differ. Cap.* 8. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 70. *seqq.*

(2) Obstat *L.* 4. *Cod. h. t.* Sed vid. Noodt. *ad Tit. Pand. de confirm. tut.* vs. *In matre quoque* etc. qui probabilem dicit conjecturam Cujacii, *in not. ad Tit. Inst. de tutel.* ibi legentis: *quando autem eos heredes instituerit*, expuncta negatione. Vid. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 9. Aliter Byukersh. *Obs.* II. 17. quem sequitur Marckart. *Probab. rec. Lect. Part.* II. *p.* 104. *seqq.* et van Nispen, *d. loc. p.* 73. *seq.* — Sequentem *L.* 5. jungendam esse cum *L.* 17. *de Legat.* 1°. et *L.* 164. *de verb. sign.* notat Walch. *ad Eckhard. Herm. jur.* I. 5. §. 175. *p.* 341. — Ad seq. *L.* 6. vid. P. Fab. *Semestr.* III. 24. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. et Trotz. *de Memor. Propag.* I. 2. §. 5. *p.* 124. *seq.*

L. VII.

Sed a testatore protinus proficiscuntur,] Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. qui testam. tut. dar. poss.*

Nam et ipse heres tutor dari potest, et post mortem heredis tutor recte dari potest.] In his differt tutor a Legatario (1).

(1)

(1) Conf. Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8. — Ad seq. *L.* 8. §. 3. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 5.

L. IX.

Nec exspectandum erit, ut omnes hereditatem adeant.] Itaque nec tutelas olim corruisse, rescisso pro parte per querelam testamento, recte censet Cujac. *ad L.* 15. §. *ult. de inoffic. testam.* (1).

(1) Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 258. *seq.*

L. X.

Si hereditas nondum adita sit, etc.] Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 9. *Thes.* 2. *Lit. c. p.* 469. (1).

(1) Pro *nec speretur*, Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 375. legit: *sed speretur*. quod in contextum recepit Pothier. *Pand. Justin. Tit. de legit. tutor. num.* 14. — Ad seq. §. 1. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 5.

§. 2.

Vel nominatim exheredatus sit.] *Vel nominatim ex heredibus*, legit Muret. *Obs. Cap. ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 143. *seq.*] male, nec de hoc loco recte (1).

(1) Vid. Schulting. *ad Caj. Instit.* I. 7. §. 2. *not.* 14. in *Jurispr. Antejustin. p.* 64. *seq.* add. Alciat. *Dispunct.* I. 20.

§. 4.

Quin immo, etsi pure datus sit, videtur inesse haec conditio, etc.] D. Goth. *in not.* „ Imo non videtur. §. 1. *Inst. qui testam. tut. dar. poss.*" Distinguendum, quid videtur defunctus sensisse (1). Janus a Costa, *ad d.*

§. 1.

§. 1. *Inst.* putat, aliud illic Justinianum constituisse (2): quod mihi nondum liquet.

Quid enim interest, suum servum, etc.] In quo olim idem. *L.* 9. *Cod. de fideicomm. libertat.*

(1) Add. Vinn. *ad d.* §. 1. *Inst.*
(2) Etiam Heinecc. *in Additam. ad d. loc. Vinn.* Veteres hic dissensisse putat, et Justinianum eorum probasse sententiam, qui expresse addendam hanc conditionem existimabant, adeoque Tribonianum hunc §. Pandectis incaute inseruisse.

L. XI.

§. 1.

Deinde excusatus sit tutor testamentarius,]. Conf. Ulpian. *Fragm. Tit.* 11. §. 23 (1).

(1) Add. de hoc et seqq. §§. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 19. §. 4. *et* 5.

L. XII.

Nec deductis rebus (1).] Deductio nihil valet. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Vult ergo Lex* etc.

(1) V. gr. Titius tutor esto liberis meis, praeterquam in fundo Tusculano. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XV.

Si tamen tutor detur rei Africanae, vel rei syriaticae (1), *utilis datio est:*] Quasi testator per regiones tutelam divisisset. Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. qui test. tut. dar. poss.*

(1) Hal. et Vulg. *Syriacae.* Vid. Brencm. *h.* Sed *Syriatico bello* etiam dixit Flor. II. 9. ubi vid. Duker. De forma loquendi: *hoc jure utimur*, vid. Noodt. *Probab.* l. 2. *et* 3. et *ad h. t. Pand.* vs. *Vult igitur Lex* etc.

L. XVI.

L. XVI. (1).

(1) *Pr. Ut tam filiis, quam filiabus dedisse videatur.* Est ὑστερολογία, pro *tam filiabus, quam filiis.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Vult igitur Lex* etc. add. Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 12. §. 1. *p.* 64. et notata superius ad *L.* 7. §. 8. *de pactis.*

§. 3.

Et magis est, ut huic dedisse non videatur, etc.] Vid. Ant. Merend. *Controv. Jur.* XII. 45. *num.* 16. et XVI. 49. *num.* 3. *seqq.*

§. 5.

Et magis est, ut utilis datio fiat, etiamsi vivo eo nascatur.] Nulla hic extensio. Merend. *Contr. Jur.* XVI. 49. *num.* 9. *seq.*

L. XVII. (1).

(1) *Pr. Sed recte Praetor etiam ceteris detulit hanc conditionem*, etc. Graecos legisse videri *optionem*, notat Leunclav. *Notat.* II. 57. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1517. add. de re ipsa Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 3.

§. 1.

Quia plerumque bene probati, et idonei, etc.] Argumentatio mira, et petitio principii. Dubito, an sint haec genuina (1).

(1) Add. P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 4. §. 5. *p.* 107. *seq.* qui tamen, profecta haec esse ab ipso JCto, negare non audet.

§. 2.

Ut non debeant hanc contumeliam *satisdationis subire.*] Aliud in pignore, quod pro re datur: satisdatio est pro per-

persona. Facit huc *L.* 34. §. 1. *de pign. et hyp.* add. Mev. *ad Jus Lubec. Lib.* I. *Tit.* 5. *Art.* 10. *num.* 15. *seq.* (1).

(1) In seq. *L.* 18. pro *idonior* Vulg. habet: *idoneior.* Vid. Brencm. *h.* Sed *idonior* defendit Bynkersh. *Obs.* I. 25. Pro *persona* Al. melius legere: *personat*, notat Brencm. *d. loc.*

L. XIX.

§. 2.

Datur tamen adv. eum substituto pupilli negotiorum gestorum actio:] Vid. *L.* 29. *de neg. gest.* et *L.* 1. §. 6. *de eo, qui pro tutor.* etc. Obstat *L.* 24. *de tut. et ration. distr.* Glosf. *h.* legem intelligit de *utili*, ut et duas reliquas: quod mihi non placet, nec ratio conciliandi mihi occurrit. Haeret etiam Bachov. *ad Πρῶτα Pand. p.* 888. et dissensum statuit (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent:* II. 30. *not.* 5. — Ad seq. *L.* 20. §. 1. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Dixi a quibus* etc. quem etiam vid. *ibid.* vs. *Indicavi* etc. de seq. *L.* 21.

L. XXIII.

Utri eorum volet,] Sed his omissis locum habere posset. *L. pen. Cod. de verb. signif.* Cujac. *Tract.* VIII. *ad Afric. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 10.

L. XXIV.

A Praetore curatorem posci etc.] Vid. ad *L.* 3. §. 2. *de tutel.*

L. XXVI.

Jure nostro tutela communium liberorum matri testamento



lo patris frustra mandatur:] Hoc autem jure novo mutatum, negat Cujac. *ad Libb. Papin. Respons. in expl. h. l.* (1).

(1) Multoque minus paterno testamento mater diserte in casu, quo iterum nubat, tutor dari potest. Vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 19. §. 2.

§. 2.

Cui tutorem pater jure *dedit*,] *Jure* non est in Flor. (1).

(1) Add. de hoc §. Cujac. *loc. modo cit.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Hoc loco* etc. Joh. van Nispen, *ad Libb. Modestin. Differ. Cap.* 8. in Thes. Diss. jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 71. Pro *a Praetore confirmari oportet: eventus* etc. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 8. *p.* 69. legit: *oportet, et eventus* etc. ope geminationis. Sed non necesse putat C. A. van Wachendorff. *Obs. ad LL. quasd. ex Jur. Civ. Cap.* 3. §. 2. *not. i.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 174.

L. XXVII.

Nam commodius ipse, qui scriptura continetur, a Praetore dabitur, etc.] Ne ullum testamento fiat praejudicium.

L. XXVIII.

§. 1.

Ex voluntate testatoris ad tutelam vocatur.] Confirmandus scil. (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 3.

L. XXIX.

Eum, — curatorem dandum respondi:] Decreto. *L.* 15. §. 1. *ad L. Corn. de fals.* (1).

(1) Vid. de hac Lege van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 9. *p.* 35. *seqq.*

L. XXX.

Igitur neuter est tutor.] Ut *L.* 42. *de hered. instit.* (1).

1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Indicavi* etc. In verbis: *non jus deficit, sed probatio*, Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 1. *in fin., p.* 377. *jus* accipit pro jussu testatoris. — Ad seq. *L.* 31. vid. Altamiran. *Tract.* IV. *ad Libb. Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 423. *seq.* add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 7.

L. XXXII.

§. 2.

Quaero, an possit libertatem sibi vindicare?] Ratio dubitandi, quia tutor esse nondum potest. Vid. ad hanc Legem Giphan. *ad Tit. Inst. de fiduc. tutel.*

Et liberum quidem ab adita hereditate esse,] Olim tamen Latinus tantum fuit, nisi caussa apud Consilium probata. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 1. §. 12. (1) quae hic evidens (2).

(1) Et Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 18.
(2) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.* qui etiam observat, quosdam ex hac Lege colligere, Jure Digestorum *directam* libertatem tacite intelligi relictam servo proprio, qui datus est tutor. Sed. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 3. qui *ibid. Dec.* 17. §. 5. observat, post *L. ult. Cod. de legit. tutel.* ad minorem a testamentaria tutela arcendum non amplius opus, velut per conjecturam voluntatis, conditionem subaudire: adeoque per illam Justiniani Constitutionem derogari huic *Legi* 32. §. 2.

L. XXXIII.

Lucium Titium tutorem do:] Sic Varro apud Non. Marcell. *Cap.* 7. *num.* 87. (1).

Quia illa verba ad mortis tempus referuntur.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* XVI. 49. *num.* 19. *seqq.*

(1) Add. Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 149. — In seq. *L.* 34. pro *alios tutores dare significasset*, Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 2. *p.* 129. legit: *dare se significasset*, ope geminationis. Hal. *alios se tutores dare* etc. Vid. Geb. *h.*

TITULUS III.

DE CONFIRMANDO TUTORE, VEL CURATORE.

Tales dicuntur *testamento destinati. L.* 3. §. 1. *de adm. et per. tut.* (1).

(1) Tutoribus *testamentariis* eos annumerat Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 3. Potius *dativis* Voet. *ad eund. Tit. num.* 1. *Mixti generis* esse, ait Noodt. *ad eund. Tit.* vs. *Illud quaeritur* etc. Alii etiam aliter. Vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 539. *seq.*

L. I.

§. 1.

Aut patronus,] Vid. *L.* 28. §. 2. *tit. praec.* (1).

Τότε τὸ ἐνδεὸν ἀναπληροῦσθαι ἐκ τῆς τοῦ ὑπατικοῦ ἐξουσίας κ. τ. λ.] Ergo non ante Claudium Imp. hoc in usu fuit: sub eo enim primum tutelarum cura ad Consules spectavit (2).

(1) Elegantius Fragmentum hoc Modestini Latine vertit Ant. Augustin. *Lib. Sing. ad Modestin.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1559. *seq.*

(2) Vid. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de Atilian. tutor.* §. 12. Ceterum, tutelam *pactitiam* jure Romano cognitam fuisse, ex hoc §. minime posse probari, do-

docet van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 9. *p.* 38. *seqq.* add. Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 11. §. 2. *p.* 55. — Ad seq. §. 3. vid. Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 29. in Thes. Otton, *Tom.* IV. *p.* 535. *seq.*

L. II.

Sed si dederit, decreto Praetoris etc.] Juxta *L.* 4. *tit. praec.*

§. 1.

Sed etsi curator a matre etc.] Vid. *L. ult. h. t.*

L. III.

Aut non ut Lege praecipiebatur,]. Id est, non *verbis directis*: ait enim Lex: *uti legassit* (1).

(1) Vid. Ulp. *Fragm. Tit.* 11. §. 14.

L. V.

Denique Praetor non ante decretum interponere potest, etc.] Cum is confirmat: et hoc observare quoque debent minores magistratus circa cautionem. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 8. *Thes.* 2. *Lit. a. et b. p.* 403. (1).

(1) Add. de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Sunt, qui putent*, etc.

L. VI.

Si filio puberi pater tutorem, aut impuberi curatorem dederit, etc.] Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. legit: *si filio puberi pater curatorem, aut impuberi tutorem* etc. (1). Florentinam retinet Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* et sane, aliter quo bonum confirmari? add. Rotgers. *Apodict. Demonstr. Vol.* I. *Lib.* II. *p.* 692. (2). Erravit in jure testator, ut *L.* 40. *de adm. et per. tutor.*

(1) Ita Hal. Vid. D. Goth. *in not.* Imo omnes, quos vidit, Codices ita habere, testatur Brencm. *h.*

(2) Quem jure Florentinam defendere, ait Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 2. §. 52. *p.* 48. add. Pothier. *in not. ad h. l.* et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 6.

L. VII.

Naturali filio, cui nihil relictum est, etc.] Aliud, cum aliquid ei reliquit. *L. ult. Cod. h. t.* unde hanc Legem a Triboniano interpolatam, verisimile est. Raguell. *ad d. L. ult. Cod.* (1). Dissentit Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ita patet*, etc. (2).

(1) Add. Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 74. et *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 12.

(2) Vid. et Wybo, *in Tribon. defens. p.* 310. *seq.* et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 10. Explicuit hanc Legem Finestr. et de Monsalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 532. *seqq.* et *p.* 538. *seqq.* De §. 1. vid. et Noodt. *ad Tit. Pand. de tutor. et curat. dat.* vs. *Insuper ait Justinianus* etc. — Ad seq. *L.* 8. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 8.

L. IX.

Vel cum fisco aliquem contractum etc.] Quod periculosius. Senec. *de Benefic.* IV. 39.

L. XI.

Nisi id, quod ei datum esset, nollet petere, etc.] Vid. *L.* 32. *de excusat.*

§. 1.

Respondit, quasi curatorem non debere,] Vid. tamen *L.* 2. §. 1. *h. t.*

TI-

TITULUS IV.

DE LEGITIMIS TUTORIBUS.

Vid. Ulpian. *Fragm. Tit.* 11. §. 3. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* et Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 155. *seqq.*

L. I.

§. 1.

Item (1) *in libertinis, si sit patrona,* etc.] Vid. *L.* 3. §. 7. *h. t.*

(1) Hal. et Vulg. *idem.* Vid. Brencm. *h.*

L. II.

Legitimam tutelam etc. *amitti* etc.] Id est, tolli.

L. III.

§. 5.

Quamvis ille filium reliquerit.] Facit huc *L.* 1. §. 1. *h. t.*

§. 7.

Utrum ad solum filium,] Ut proximum. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 102.] (1).

(1) Ad seq. §. 10. vid. Noodt. *ad h. t. Pand. vs. ult.*

L. IV.

Si liberi perfectae aetatis *existant,*] A Triboniano. Cujac. *ad Tit. Inst. de fiduc. tutel.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 16. §. 1. *de tutel.* et Joh. van Nispen, *ad Libb. Modestin. Different. Cap.* 5. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 39. *seq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. V.

Legitimos tutores nemo dat, sed Lex duodecim Tabularum etc.] Non vero Edictum Praetoris. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Cod.*

L. VI.

Idem dicemus, si tutor testamento datus etc.] Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de Atilian. tutor.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 7. vid. Menag. *Amoenit. Jur. Cap.* 39. *p.* 257. et conf. Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 156.

L. VIII.

Si perfectae aetatis sunt,] A Triboniano. Cujac. *ad Tit. Inst. de fiduc. tutel.* (1).

(1) Etiam Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. notata ad *praec. L.* 4. Incipit Lex: *si relinquero*, pro *reliquero*, ut alibi *relinquit* pro *reliquit*, *relinquisse* etc. Vid. Brencman. *h.* qui tamen addit, posse *n* abundare, cum nonnulla hic non satis accurate sint relecta. — Ad seq. *L.* 10. vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 544. *seqq.* et *p.* 548. *seqq.*

L. XI.

Paulus Lib. XVI. *ad Plautium,*] Junge *L.* 48. *de oblig. et action.*

TI-

TITULUS V.

DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS DATIS AB HIS QUI JUS DANDI HABENT; ET QUI, ET IN QUIBUS CAUSSIS SPECIALITER DARI POSSUNT.

Et qui,] *Et quibus*, addit Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.*

Specialiter dari] Ut *L.* 9. *h. t.*

L. I.

§. 1.

Legatus quoque Proconsulis ex Oratione D. Marci tutorem dare potest.] Post mandatam ipsi jurisdictionem. Facit huc *L.* 13. et 15. *de offic. Proconſ.* (1).

(1) Ad quas vid. notata.

L. II.

Dandum temporarium tutorem, etc.] Add. Mev. *Deciſ. Part.* VIII. *Dec.* 91. (1).

(1) De Graeca verſione ſeq. *L.* 3. quaedam notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diſſ.* XXIII. §. 2.

L. IV.

Idem Lib. IX. ad L. Juliam et Papiam.] *Lib.* III. Iac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 214.] Disſentit Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 68. *et p.* 100.

L. VII.

Non tantum ad dotem dandam nupturae curatorem *dari*

oportet, etc.] Olim dabatur *tutor*. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 11. §. 20. *et* 22. et videtur Tribonianus hoc mutasse (1). Actum autem hic de tutela muliebri. Cujac. *Obs.* XXVI. 7. (2) Non bene.

(1) Add. Schulting. *ad d. loc. Ulp. not.* 58. et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Venio ad tertiam* etc.

(2) Qui putat, Lege Claudia tutelam feminarum esse sublatam. Sed vid. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 11. §. 8. *not.* 27. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 237. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 24. Voorda, *in not ad Praelect. Jan. a Costa, p.* 158. *seq. Sustulit* legitur etiam in Gaj. *Instit. Veronens. Lib.* I. §. 157. et 171.

L. VIII.

Nec mandante Praeside alius *tutorem dare* etc.] D. Goth. *in not.* „ *alii is tutor dari* etc. Hal. (1)" Recte Florentina (2).

(1) Qui tamen in margine addit: *alias, alii quis tuterem dare. item, aliis tutor ipse dari.* Vid. Geb. *h.*

(2) Conf. Pothier. *in not. ad h. l.* — Quod Praesides in provinciis curatores dare potuerunt etiam furiosis, et surdis et mutis, ut docet seq. §. 3. non repetendum esse ex L. Julia et Titia, notat A. c. Marche, *de Tutor. ex L. Jul. et Tit.* §. 9. *not. g.* in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 567.

L. IX.

Impuberi ad hereditatem adeundam ut tutor detur etc.] Idem olim in muliere. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 11. §. 22. (1). add. Cujac. *Obs.* I. 34.

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 65.

L. XI.

Si tutor eorum affuerit (1).] *Absfuerit* (2), Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.*

(1)

(1) Flor. *afuerit*, de qua scriptura vid. notata superius ad *L. 6. de his qui sunt sui vel al. jur.* Hal. *adfuerit.* Vid. D. Goth. *in not.*
(2) Sic legendum, aut intelligendum, ait Cujac. *d. loc.*

L. XII.

§. 1.

Attamen Divus Pius Justio Celeri, etc.] Vid. *L.* 1. §. 1. *de curator. furios.* D. Goth. *in not.* „De *Justii* nomine vid. Cujac. *Obs.* X. 37." Sed is legit: *Instio Celeri* (1).

(1) Et sic Flor. nisi quod ibi *t* expuncta sit. Vid. Brencm. *h.* ubi etiam alias reperies hujus nominis lectiones. Ad verba, quae praecedunt: *quasi indecorum sit, patrem a filio regi*, vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1386. *seq.*

§. 2.

Qui, quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum.] Add. *L. ult.* §. 2. *Cod. de sent. pass. et restit.* Scip. Gentil. *ad Apul. Apolog. not.* 398. [*Oper. Tom.* VI. *p.* 135. *seq.*] Horat. *Lib.* II. *Sat.* 3. *vs.* 225. (1).

(1) Add. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 560. *seq.*

L. XIII.

Si impuberi etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.*

Si impuberis nomine desideretur,] Ab alio, qui jus postulandi habet.

Ut tamen pupillo, pupillae tutor — *detur*,] Temporarius, post manumissionem.

Quoad restituatur hereditas,] Ab herede, qui erit et tutor, ut patronus; at auctor esse nequit in rem suam.

Et rem salvam fore ab herede caveatur,] Qui tutor est, tanquam patronus.

Postea Divus Hadrianus, ut idem *in eo servetur, qui* etc.] Circa cogendum heredem, et dandum tutorem, qui tamen hic erit perpetuus. Cujac. *d. loc.*

§. 2.

Sed si puella duodecimum annum impleverit, tutor desinit esse:] Non tamen desinebat tempore Papiniani tutela omnis: perpetua enim post annum vicesimum quintum reviviscebat. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* (1). Quaedam de hoc loco Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 493. *seq.*] examinanda.

(1) Add. Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 3. *p.* 683. *seq.* et Wybon. *in Tribon. defens. p.* 312. *seq.* Sequitur: *minoribus annorum*, ubi supplendum esse numerum, et legendum: *minoribus* XXV. *annorum*, ut apud Caj. *Instit.* I. 8. putat Reiz. *in Obs. Miscell. Vol.* X. *p.* 375. Jens. *in Strict. ad Pand. in Demonstr. Art.* IX. *minoribus annorum* ad Graecismos refert. In Pand. Flor. τὸ *orum* ab ordinaria manu deletum esse, et repositum *is*, et sic omnes habere, testatur Brencm. *h.* Vid. de hac locutione Sanct. *Minerv.* IV. 4. ibiq. Perizon. *not.* 4.

L. XV.

In omnem rem *curator dandus est* etc.] Non ad actum unum (1).

(1) Triboniani manum in hac et seq. *L.* 16. agnoscit Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 22. §. 6.

L. XVII.

Ei, qui de statu suo *litigat*, etc.] Quaestio de hoc solo non differtur (1).

(1)

(1) Vid. *L.* 8. §. 2. *de Carbon. edict.*

L. XVIII.

Qui Senator est,] D. Goth. *in not.* „ Decurio. *L.* 15. §. 1. *de excusat.*" Hic proprie sumitur.

L. XIX.

Ubi absunt hi, qui tutores dare possunt,] Jussu scil. majorum magistratuum (1). Non hic tamen deëst quidquam, ut vult Jen. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. de Atilian. tutor.*

(1) Quod ex parte mutavit Justinianus §. 5. *Inst. de Atilian. tutor.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Nunc tradam* etc. in fin.

§. 1.

Magistratus municipalis Collegam suum etc.] D. Goth. *in not.* „ Vid. Cujac. *Obs.* VII. 17." a quo dissentit Scip. Gentil. *ad Orat. D. Marci post Lib.* I. *de Jurisdiction. Cap.* 3. [*Oper. Tom.* III. *p.* 110. *seqq.*] qui notat, id fieri posse, quia hoc fit jussu Praesidis: probante Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 8. *Thes.* 4. *Lit. f. p.* 433. (1). Facit huc *L.* 24. *h. t.*

(1) Pari modo Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Insuper ait* etc. Sed, nonne verius dicetur: quia Duumvir Collegam suum tutorem dans, id facit nomine totius Collegii.

L. XX.

Modestinus Lib. VII. *Differentiarum.*] Junge *L.* 1. *qui pet. tut. vel cur.* add. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. in quib. casib. tutor. habenti tut. vel cur. dar. pot.*

Ventri tutor etc.] Vid. Cujac. *Obs.* VII. 6. (1).

(1) Ad seq. §. 1. vid. et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Tan-*

Tantum de tutoribus etc. Pauca tantum de hac Lege monuit van Nispen, *ad Libb. Modest. Differ. Cap.* 8. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 74. Ad verba: *nam de curatore constituendo* etc. vid. Houck. *Diss. de Ration. Veti. JCtor. falso suspect. Cap.* 2. §. 2. in *eod. Thes. Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 345.

L. XXI. (1).

(1) *Scire oportet* etc. Elegantius Fragmentum hoc Modestini Latine vertit Ant. Augustin. *Lib. Sing. ad Modestin.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1561. *seq.* add. Jan. Thom. Wilh. van Alphen, *Spec. exhib. select. quaed. Juris publ. et privat. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 34. *seqq.* Lugd. Batav. 1792. De voce *epitimia* in seq. §. 2. pro qua Al. *epitimio*, vid. et Adduens. *Explication.* I. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 535. De ipso autem hujus §. argumento vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 18. §. 1. *et* 2.

§. 3.

'Ο *κίνδυνος αὐτοῖς οὐ διαφέρει.*] Licet se non excusarint (1).

(1) In seq. §. 4. verba: *ὁ ἐν 'Ρωμῃ ἄρχων*, inepte versa esse *Romanus Princeps*, pro *Romanae urbi Praefectus*, notat quoque Voorda, *d. loc. Dec.* 16. §. 1. Ant. Augustin. *loc. cit.* vertit: *magistratus Romae.* Similiter vulgatus Interpres verba *ἐπαρχιακὸν ἄνθρωπον* male vertit: *Praefectorium hominem* pro *provincialem.* Vid. praeter Ant. Augustin. et van Alphen, *locc. laud.* etiam Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 5.

Ut bona electio,] In Graecis: *ἀγαθὴ προαίρεσις.* Priceaus, *in Epist.* I. *ad Timoth. Cap.* 3. *Comm.* 10. putat emendandum *affectio:* ridicule, etsi quae illic habet, suo modo et huc possint transferri (1).

(1)

(1) Augustin. *loc. cit.* vertit: *vitae institutum decens*, probante van Alphen, *d. loc.*

L. XXIV.

Si quando desinit etc.] Lege *desint* (1).

(1) Vitium typographicum est. Explicuit hanc Legem Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XI. *p.* 123. *seqq.*

L. XXV.

Idem Lib. X. *Responsorum.*] Junge *L.* 12. *de tutel.* (1). *Curatorem impuberi* datum etc.] In omnem rem, ut *L.* 15. *h. t.*

(1) Sed vid. ad eam Legem notata. Ad seq. *L.* 27. vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 552. *seqq.* et *p.* 561. *seqq.*

TITULUS VI.

QUI PETANT TUTORES VEL CURATORES, ET UBI PETANTUR (1).

(1) *Et ubi petantur.* De hac parte esse *L. unic. Cod. h. t.* cum eaque conjungendam *L.* 21. §. 2. *de excusation.* et *L.* 27. *de tutor. vel curat. dat.*, monet Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. Quid sit *petere* tutorem vel curatorem, docet Idem, *ibid.* in pr. add. Crusium, *ad Constit. D. Marci de curatorib. minor. Cap.* 7. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 584.

L. I.

Modestinus Lib. VII. *Differentiarum.*] Junge *L.* 20. *tit. praec.* Cujac. *Obs.* XVII. 7. (1).

(1) Add. Joh. van Nispen, *ad Modestin. Libb. Differ. Cap.* 8. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 74. *seq.*

L. II.

L. II. (1).

(1) *Si minores* etc. Elegantius hoc Fragmentum Modestini Latine vertit Ant. Augustin. *Lib. Sing. ad Modestin.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1563. *seq.* add. Jan. Thom. Wilh. van Alphen, *Spec. exhib. select. quaed. Jur. publ. ac priv. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 36. *seq.*

§. 1.

Ὁσίας χάριν,] Id est, *dicis gratia* (1). Vid. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 17. et Herald. *Obs. Cap.* 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1326.] qui quaedam confundit.

Liberti autem ex his caussis accusati apud Praesidem puniuntur, ut emendentur,] In Graecis: κολάζονται ἐπιστρεφῶς, *severe* (2) *puniuntur.*

(1) *Perfunctorie* vertit Ant. Augustin. *d. loc.*
(2) *Graviter*, Augustin. *d. loc.* Basil. habent: σφοδρῶς, *vehementer*, ut notat Leunclav. *Notat.* II. 57. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1517.

§. 2.

Et ideo, quae mater vel non petierit tutores etc.] Vid. Ulpianum in *L.* 2. §. 23. *seqq. ad SCtum Tertullian.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Qui? Modestinus* etc. *et seqq.* (1).

(1) Ubi hanc Severi Epistolam explicuit. add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 19. §. 7. *seqq.*

§. 5.

Curatorem, ignorante, nec mandante pupilla, etc.] Add. *L.* 43. §. 3. *de procurator.* (1).

(1) Praecedit: *Et apud Paulum Lib.* IX. *Responsorum ita relatum est.* Haec et quae sequuntur, non a Mo-

Modestino, sed a Triboniano esse addita, putat Augustin. *loc. modo laud.* Vid. tamen van Alphen, *d. loc. p.* 38. *Relatum* Bynkershoek. *Obs.* VII. 25. *num.* 2. explicat: *probatum.* Sequitur: *si matris judicium* Princeps *secutus*, etc. ubi pro *Princeps* legendum: *Praetor*, putat Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 16. §. 1.

L. IV.

Quae a patre non legitime tutores testamento vel codicillis datos etc.] D. Goth. *in not.* „ Et ita rejectos. *L.* 2. §. 23. *ad SCtum Tertullian.*" Haec differunt.

§. 1.

Incidit quidem in verba Constitutionis, sed sententia excusatur.] D. Goth. *in not.* „ Imo ei imputatur. *L.* 2. §. 39. *ad SCtum Tertullian.*" Illic non est idem casus in specie, ubi reliqui sufficiunt.

§. 3.

Non est peremta.] D. Goth. *in not.* „ Imo hoc casu omnis successio matri est deneganda, etc. *L.* 6. *Cod. ad SCtum Tertullian.*" modo respondit (1).

(1) Quod scil. fideicommissum illud ex alieno judicio descendit. Sic etiam Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Privatur igitur mater* etc. Sed derogari huic legi per *d. L.* 6. *Cod. ad SCtum Tertullian.* et *L.* 10. *Cod. de legit. hered.* censet Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 19. §. 10.

TITULUS VII.

DE ADMINISTRATIONE ET PERICULO (1) TUTORUM ET CURATORUM QUI GESSERINT, VEL NON: ET DE AGENTIBUS (2), VEL CONVENIENDIS UNO VEL PLURIBUS.

(1) *Et periculo tutorum* etc. Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Altera rubricae pars* etc. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 4.

(2) *Et de agentibus* etc. Ad hanc partem in primis consulendum esse Giphanium, *ad L.* 2. *Cod. de divid. tutel. p.* 463. *seqq.* monet Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. add. Voorda, *d. Dec.* 20. §. 8.

L. I.

Extra ordinem (1) *tutor cogi solet.*] Vid. *L.* 4. §. 3. *rem pup. vel adol. salv. fore.* Omni tempore. *L.* 2. *de feriis.*

(1) Id est, per Praetorem, remediis Praetoriis, non ordinario jure per Judicem actione tutelae. Noodt. *ad Tit. Pand. de excusat.* in pr.

§. 1.

Ex quo scit se tutorem datum, etc.] Quod ut fiat curandum. *L. ult. de tut. et cur. dat.* (1).

(1) Ad seq. §. 2. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 5. *et* 6. et von Savigny, *Zeitschrift*, I. *B.* I. *St. p.* 47.

§. 4.

Non denegari autem neque tutoribus, neque curatoribus,] *Debet* addunt quidam (1).

In

In judicium *vocare*,] Id est, *in jus. L.* 28. *pr. h. t.*

(1) Uti Hal. Vid. Geb. *h.*

L. II.

Idem Lib. IX. *ad Edictum.*] Ubi de *procuratoribus* egit.
Si tutor condemnavit (1), etc.] Facit huc *L.* 28. *in fin. de procurator.*

(1) Id est, effecerit, ut quis a Judice condemnatus fuerit. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 25. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1299. add. notata superius ad *L.* 6. §. 5. *de his qui not. infam.* et Gluck. *ad Tit. mandat.* §. 957. *not.* 90. *p.* 321.

§. 1.

Fidejussoribus quoque ejus debere subveniri:] Vid. ad *L.* 89. *de adq. vel omitt. hered.* (1).

(1) Et Averan. *Interpr. jur.* II. 8. §. 1. *seqq.*

L. III.

Ratum haberi debere etiam quod per unum gestum est:] Add. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de denunc. vel edit. rescr.* [*Tom.* I. *p.* 112.]

§. 2.

Dati sunt enim, quasi observatores actus ejus, et custodes,] Qui adhibebantur etiam in judiciis. Vid. Pollet. *Hist. For. Rom.* II. 4.

§. 6.

Ut per unum administretur:] Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. L.* 24. *h. t.*

§. 7.

Aut gerere nolet,] An non cogitur? *L. 1. h. t.* Sed quid, si excuset se? quid, si coactio illa periculosa sit? quid, si aliqua justa caussa eum juvet?

§. 8.

Nec patiuntur succedanei *esse alieni periculi*,] Plaut. *Epidic. Act. 1. Scen. 2. vs.* 37. *ut meum tergum stultitiae tuae subdas* succedaneum (1).

(1) Add. Brisson. *de verb. sign.* in voc. — Sequentem *L.* 4. Haloandrum superiori jungere omni inscriptione omissa, notat Geb. *h.* Verbum *summovebitur* vitiosum videtur Jensio, *in Strict. ad Pand. p.* 180. putanti legendum *summovebit.* Sed vid. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. V.

Id est, colligi,] Apud Hal. absunt (1).

(1) Et delet Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* quasi ineptum Glossema.

§. 1.

Gessisse *autem videtur tutor*, etc.] Add. *L. 1. pr. h. t.*

§. 2.

Etiam suspecti postulatio succedit.] Cessante coactione. Gloss. *h.*

§. 3.

Utili actione convenitur.] Vid. *L.* 4. §. 3. *rem pup. vel adol. salv. for.*

§. 5.

Ut sibi curatores peteret,] Quibus constitutis officium ejus finem accipit. *L.* 33. §. 1. *h. t.*

Qui-

Quasi connexum sit hoc tutelae officio,] Vid. *d. L.* 33. §. 1. *L.* 39. *eod.*

§. 7.

Et ait Julianus, tutores, nisi bonam fidem in administratione praestiterint, etc.] Add. *L.* 60. §. 4. *mandat.* et Merend. *Contr. Jur.* VIII. 10. (1).

(1) Vid. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 1. *et seq.* ubi Merendam correxit. Voces *aneclogistos*, et *anecl logisti* Hal. Graece edidit ἀνεκλογίστους, et ἀνεκλόγιστοι. Sed corruptas has voces esse, et verius Graecos in Basil. habere: ἀλογοθετήτους, notat Leunclav. *Notator.* II. 57. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1517. Alciat. *Parerg.* II. 25. legit: ἀνεκλογίτους. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 404. observat, alium testatorem in *L.* 23. §. 2. *de pec. legat.* dicere: τούτους βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους.

§. 9.

Usque adeo autem licet tutoribus etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, non licet. *L.* 7. *in fin. Cod. eod.*" Est casus plane alius.

§. 10.

Ex quo innotuit tutor, se tutorem esse, etc.] Verba esse Constitutionis cujusdam, censet Cujac. *ad Nov.* 22. *p.* 572. ut *L.* 10. *de inc. ruin. naufr. L.* 6. *de captiv. et postlim. rev. L.* 1. §. 10. *de magistr. conv.* quod an ubivis quadret, dubito.

Tutor] D. Goth. *in not.* „Ita Flor. Al. (1). *tutori.*" quomodo si legamus, non est quod cogitemus, sequentia verba: *se tutorem*, a Glossa esse, ut censet Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1279.] (2) et quae non damnat Leonin. *Emend.* IV. 10. (3).

(1) Ita Hal. et omnes, etiam MSS. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

(2) Qui legit: *ex quo innotuit tutor esse.* Sed vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 347. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 4. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 1. *τὸ tutor* transponit, et ope geminationis, legit: *tutori innotuit.*

(3) Quamvis lectionem Florentinam *tutor* retineat. In seqq. verbis: *scire debet periculum tutelae* ad eum *pertinere, ad eum* dici pro *ad se*, notat Schulting. *Diss. pro Rescript. Impp. Rom.* §. 13. *p.* 193. add. notata superius ad *L.* 27. *de neg. gest.* et *L.* 41. *ex quib. causs. maj.* — Quod dicitur in seq. *L.* 6. *Hoc autem, quod cognovit tutor*, ex Lege superiore ita supplendum esse: *se tutorem fuisse datum*, observat Reiz. *in Obs. Miscell. Vol.* X. *p.* 369.

L. VII.

Tutor, qui repertorium *non fecit, quod vulgo* inventarium *appellatur, dolo fecisse videtur:* etc.] Excipiunt parentes. Mornac. *ad L.* 64. *pro socio* (1) et casum, quando de bonis aliunde constat. Cyriac. *Controv.* 412. *num.* 21. add. *Contr.* 415. *num.* 77. et *Contr.* 544. *num.* 109. *seqq.* (2). *Inventarium, synopsis L.* 5. §. 11. *de reb. eor. qui sub tut.* etc. Cujac. *Obs.* VIII. 1. (3).

(1) Add. Vinn. *Sel. Quaest.* II. 16. in pr.

(2) Quid si testator inventarii confectionem tutori remiserit, eamve prohibuerit? Vid. Vinn. *loc. modo cit.* Wissenbach. *ad h. t. Pand.* §. 1. Westenberg. *ad eund. tit.* §. 9. *seq.* Voet. *ad eund. tit. num.* 4. qui etiam alios laudat.

(3) De verbis *repertorium* et *inventarium* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 442.

§. 1.

Debuit enim partibus suis fungi: etc.] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 37. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1311.] (1).

(1) Et Conſt. Land. *Praetermiſſor.* in eod. Theſ. *Tom.* III. *p.* 1463. *ſeq.*

§. 2.

Si praedia comparaverint etc.] Haec comparari jubebat et Lex Attica, laudata a Salmaſ. *de Mod. uſur. Cap.* 3. *p.* 82.

Recte quis dixerit, ſolam latam neglegentiam etc.] Ob necesſitatem enim id egit (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. — In ſeq. §. 5. verbis: *vertisſe in uſus ſuos non accipimus* etc. negationem in quibusdam deëſſe, notat Baudoz. quamvis ipſe eam ſine ſigno in contextum receperit. Vid. Jauch. *de Negat. Pand. p.* 133. *ſeq.* et *p.* 146.

§. 6.

Si ſuſcipiat pupillus ceterorum nominum periculum.] Vid. *L.* 16. *h. t.*

§. 10.

Quae autem ſunt pupillares uſurae etc.] Hunc §. et praecedentes §§. 8. *et* 9. non ita cohaeſisſe olim, putat Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 3. *Theſ.* 4. *Lit. a. p.* 130. aut, quod *uſurae pupillares* varie ſumantur. add. de his Rittershuſ. *ad Novell. Part.* VIII. *Cap.* 6. *num.* 20. *ſeqq.* et Noodt. *de Foenor. et uſur.* II. 5. (1).

(1) Et *ad h. t. Pand.* vs. *Confecto porro inventario* etc.

§. 11.

Duum menſum:] Sic etiam *L.* 1. §. 10. *de inſpic. ventre* (1).

Quod ſpatium, ſeu laxamentum temporis etc.] Vid. *Nov.* 72. *Cap.* 6. et Rittershuſ. *ad Novell. Part.* VIII. *Cap.* 6. *num.* 13. *ſeq.*

(1) Ad quam vid. notata, et Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Hal. habet: *duorum mensium.*

§. 15.

Usuras debere in diem, quo tutelam restituit.] Ex Constitutione Severi. *L.* 28. *in fin. h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata.

L. VIII.

Idem Lib. XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 18. *de judic. L.* 31. *de fidejussor.*

Nonnunquam diem creditae pecuniae exspectandum,] D. Goth. *in not.* „ Idem potest dici de locationibus factis a tutore." add. Sand. *de Prohib. rer. alien.* I. 1. *num.* 48. nisi ad longum tempus factae. Idem, *Decis.* II. 9. *Def.* 22.

Ceterum, si non debet credere, non exspectabitur.] Ipse enim tunc tantum tenetur.

L. IX.

Quodsi neque pupillus ejus aetatis erit, ut stipulari possit, neque servum habebit, tunc ipse tutor, etc.] Vid. ad *L.* 5. §. 6. *de pec. constit.*

§. 1.

Ceterum, si idoneus tutor fuit, nihil venire in tutelae judicio (1).] Hic enim pupillus inde non potuit ditari, nec ejus interfuit, ut *L.* 35. *in fin. de neg. gest.* Gloss. *h.* (2).

(1) Hal. et omnes: *judicium.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Aliam rationem dat Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 23. §. 4. quam vide. — Arg. seq. §. 3. quidam putant, in tutelae actionem etiam recidere, quod tutor pupil-

pillo suo *naturaliter* debet, si id a se non exigat. Sed vid. Voorda, *d. Dec.* 23. §. 5.

§. 5.

Si creditor fuit patris pupilli:] Add. Perez. *in Prael. ad Tit. Cod. de auctor. praest. num. ult.* (1).

(1) Praecedit: *ita et exigere quod sibi debetur.* D. Goth. *in not.* „ Subaudi: *a pupillo.*" Hoc supplent Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.*

§. 6.

Nec utique necesse habet, si conveniatur, per judicem solvere:] Vid. *L.* 10. §. 11. *mandat.* (1).

Nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere.] Add. Fab. *in Cod. hoc tit. Def.* 4.

(1) Add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 2. qui in seqq. verbis pro *denunciare sibi verum debet,* legit: *denunciare ibi verum debet.* Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 2. *p.* 17. *sibi* positum putat pro *ei.*

§. 7.

Sibi mutuam proscribendo.] *Scribendo*, Vulg. (1).

(1) *Praescribendo*, Hal., cui adstipulantur varia MSS. Vid. Brencm. *h.* qui mavult *perscribendo*, ut Steph. Esse editiones, quae simpliciter *scribendo* habent, notat quoque Schroder. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 8. *p.* 239. *seq.* qui id non damnat, alioquin etiam legere mavult: *perscribendo.* Pari modo Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 375. *seq.*

§. 8.

Vel satis ab eo exigere,] Vid. *L.* 14. *h. t.* (1).

(1) Pro *augmentum* Hal. hic et seq. §. habet *augumentum:*

tum: de qua ſcriptura vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 411. *ſeq.*

L. X.

Idem Lib. XLIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 63. *de judic.*

L. XI.

Dominum non poſſe uti praerogativa deductionis.] Idem in caſu *L.* 22. §. *ult. ſolut. matrim.*

L. XII.

Nulli eorum in contutorem actio pupilli nomine datur.] Non magis ac pupillo ipſi. Facit huc. *L.* 19. *h. t.* (1).

(1) In ſeq. §. 1. *nemine ſcil. emente* dici pro *emere cupiente, volente,* notat Reiz. *in Obſ. Miscell. Vol.* X. *p.* 371.

§. 3.

Cum tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus pupilli praeponatur,] D. Goth. *in not.* „Forte reſcribendum: *non moribus duntaxat, ſed etiam rebus pupilli* etc." quod non probo.

In primis mercedes praeceptorum, non quas minimas poterit, etc.] Vid. Plutarch. *de Liber. educ. p.* 4. et M. Antonin. *Lib.* I. §. 4. ibiq. Gataker.

Solennia munera parentibus etc.] D. Goth. *in not.* „*Solennia* interpretamur, quae ex more recepto cognati invicem natali cujusque die mittebant. etc." add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1) Non bene Merend. *Contr. Jur.* XV. 31.

Sed non dabit dotem ſorori alio patre *natae,* etc.] Nec hinc ſequitur, conſanguineam vel germanam jus habere eam petendi (2).

(1) Qui *ſolennia munera* interpretatur, quae perquam neces-

cessaria sunt, et quasi debita parentibus et cognatis, et quae praebentur tantum parentibus et cognatis, non *strenas*, non *natalia*, non *nuptialia*. Aliter Schroder. *Obs. jur. Civ.* III. 8. *p.* 240. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.* Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 7. van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 24. *p.* 122. *seq.* ubi et notat Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 54. qui vocem *parentes* de *collateralibus* accipit.

(2) Quod tamen putavit Cujac. *loc. cit.* Sed vid. Noodt. *ad Tit. Pand. de jur. dot.* vs. *Age nunc de fratre* etc. et *ad Tit. Pand. solut. matrim.* vs. *Ostendi, quid juris* etc. et M. Roever. *Diss. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 9. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 171. etiam Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 14. *p.* 66. *seq.* qui tamen rem paulo aliter explicat.

§. 4.

Si tutor pecuniam pupillarem credere non potuit,] *Potuisse*, probandum a pupillo. Mev. *ad Jus Lubec. Lib.* I. *Tit.* 7. *Art.* 13. *num.* 37.

Quod non erat cui crederet,] Contestationem tamen ejus rei apud Praesidem provinciae deponendam, ait Paul. *in Sent.* II. 14. §. 6. quod in jure nostro non exigitur.

L. XIII.

§. 2.

Nec nuptiale munus etc.] De hoc Raevard. *Conjectan.* III. 11. (1).

(1) Sequitur: *Aliud est, si matri forte, aut sorori pupilli tutor* etc. Ex hoc perperam inferri, fratrem jam majorem cogi sororem alere, notat Bynkersh. *ad h. l.* Aliter Gebauer. *ibid.* add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 15. §. 8.

L. XIV.

Interdum et, si debuit satis petere:] Vid. *L.* 9. §. 8. *h. t.* (1).

(1) De casu tutelae legitimae vel divisae, vel uni commissae legem hanc intelligit Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 8. *p.* 373.

L. XV.

Si tutor constitutus, quos invenerit debitores, non convenerit, etc.] Nec excipitur, quod sint pupilli cognati. Mev. *Decision. Part.* VIII. *Dec.* 77. (1).

(1) Exstat hic locus Pauli etiam in *Jurispr. antejustin. Schulting. p.* 289. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Confecto porro inventario* etc.

L. XVI.

Cum quaeritur judicio tutelae, etc.] Add. *L.* 44. *h. t.* *Posse dici nomina integra pupillo salva esse*,] Male Def. Herald. *Obs. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1313.] (1). Vid. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 12. *p.* 348. *seq.* (2).

(1) Qui delet τὸ *salva*, legens: *nomina integra pupilli esse*.

(2) Add. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 10. §. 2. *p.* 230. In seqq. verbis pro *agnoscere* et *recedere* Al. habent: *agnosceret*, et *recederet*. Vid. Brencm. *h.* qui id praefert. Sed post *ut* etiam alibi *Infinitivum* sequi, exemplis docuit Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 22. — Ad seq. *L.* 17. vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 4.

L. XIX.

Actus sui rationem concuratori reddere etc.] Facit huc *L.* 12. *pr. h. t.* (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 23. §. 2. In seqq. verbis pro *aut si non ex fide curam gerat*, Vulg. habere: *aut ex fide curam gerat*, et Baudoz. id retinu-

nuisse, notat Jauch. *de Negat. Pand. p.* 145. Etiam apud Hal. *si non* absunt. Vid. Geb. *h.*

L. XXI.

Marcellus respondit: secundum ea, quae proposita essent, etc.] Quae non continent ullam receptionem periculi a patre in se, ut *L. 7. de tutel.* nec consensus expressus fuit eo tempore. add. Cujac. *Tract.* VII. *ad African. in expl. L.* 49. *de neg. gest.* et *Obs.* XII. 34.

L. XXII.

Paulus Lib. III. *ad Edictum.*] Pertinet ad *Titulum de pactis.*

L. XXIII.

Ulpianus Lib. IX. *ad Edictum.*] Agens de *procuratoribus* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 3. §. 5. *not.* 9.

L. XXIV.

Paulus Lib. IX. *ad Edictum.*] Ubi de *procuratoribus* egit. Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.*

Quotiescunque] In edit. Flor. *quotiensque*, quod retinendum erat (1).

(1) Hal. *quoties.* Vulg. *quotiescunque.* Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Etiam uni agere permissum:] Quamvis verba de duobus loquantur. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *In rerum administrationem* etc. Nec mortuo uno alter tutor esse desinit. Merend. *Contr. jur.* XIV. 15.

Quia duo simul agere non possunt.] Facit huc *L.* 32. *de procurator.*

L. XXV.

L. XXV.

Ulpianus Lib. XIII. *ad Edictum.*] Ubi juxta Jac. Gothofred. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 242.] etiam egit de *temporibus in integrum restitutionis.*

Et idcirco curatores, si nondum judicatum fecerunt, posse provocantes per exceptionem doli consequi, etc.] Nec opus legi: *aut per exceptionem doli,* ut vult Ant. Fab. *Conject.* XI. 10. Male vero hinc quidam colligunt, non posse post sententiam obtineri cessionem sine appellatione. Vid. Sand. *de Action. Cession. Cap.* 6. *num.* 28. *seqq.*

Nisi forte mandare actiones *paratus sit curatoribus.*] Quae manent: nec enim *ipsorum*, sed suo nomine curatores solverunt. Vid. *ad L.* 76. *de solution.* et ad hoc etiam cogi potest post solutionem. Facit huc *L.* 57. *de legat.* 1°. et *L.* 38. *de eviction.* Vid. Sand. *d. loc. Cap.* 7. *num.* 8. (1).

(1) Ad seq. *L.* 26. vid. Noodt. *ad Tit. Pand. de tutel. et ration. distr.* vs. *Tertia h. t. pars* etc in fin. — In seq. *L.* 27. pro *ad providentiam pupillarem* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 2. legit: *ad providentiam in pupillarem rem*, ope geminationis, et *τὸ in* repetens ex praec. litera *m.*

L. XXVIII.

Ulpianus notat: non sufficit obtulisse, nisi et deposuit etc.] Vid. *L.* 1. *in fin. de usur. L.* 38. *de negot. gest.* Ex Constitutione Severi, post Marcelli tempora edita. Merill. *Obs.* VII. 3. Noodt. *de Foenor. et usur.* III. 15. vs. *At quid* etc. Triboniano adscribit Faber, *de Erronib. Pragm. Dec.* 22. *error.* 5. *num.* 10. male (1).

Tuto in loco.] Ut in fano. Cicer. *ad Attic. Lib.* V. *Epist. ult.* circa fin.

(1) Add. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.*

Cap. 4. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 97.

L. XXIX.

Maximeque heredem tutoris. etc.] Junge cum *L. praec.* post: *compelli.*

Cui forte post viginti annos, vel amplius,] D. Goth. *in not.* „ Actio tutelae olim non erat ex perpetuis. *L.* 8. *in fin. Cod. arbitr. tutel.*" Imo erat. Vid. *d, L.* 8. *Cod.* (1).

(1) Sequitur: *in mentem venit.* Hal. in Margine: *alias, non venit.* Vid. Brencm. *h.* Sed Florentinam tuentur Jauch. *de Negat. Pand. p.* 25. et Marckart. *Probab. rec. lection. Part.* II. *p.* 101. *seq.*

L. XXXI.

Modestinus Lib. I. *Excusationum.*] In his Libris Constitutiones ipsae Latine repraesentantur.

Forma, *qua singuli tutores,* etc.] Ut *L.* 1. *Cod. de vend. rer. fisc. cum priv. commun.*

Nonnunquam in solidum tenentur,] Vid. *L. ult. rem pup. vel adol. salv. fore,* ibiq. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest.*

L. XXXII. (1).

(1) *Pr. Sine herede tutor decessit:* etc. Vulg. *si sine* etc. atque ita ope geminationis legendum, censet Geb. *h.*

§. 3.

Si minus a servo etc.] Qui fundum coluit.

§. 4.

Modestinus respondit, pretium fundi etc. *emtorem frustra postulare.*] Quia perdituro dedit, vel potius, quia fraudis, cujus modo facta mentio, non fuit ignarus. add. Cu-

Cujac. *ad Libb. Modestin. Respons. in expl. h. l.* Fab. *in Ration. ad L.* 24. §. 4. *de minor.* et *in Cod.* V. 84. *Def.* 5. Maynard. *Decis. Tholos.* III. 53.

Si rationibus ejus non profuit,] *Profuisse*, emtoris est probare. Cujac. *loc. modo cit.* add. Jan. a Costa, *ad* §. *ult. Inst. quib. al. lic. vel non* (1).

(1) In seqq. verbis omnes editiones habere: *a judicante*, et facile *a* excidere potuisse, quamvis alioquin etiam legi posset: *judicanti*, notat Brencm. *h.*

§. 6.

Et contributionum temporarium *sustinere,*] *Temporalium*, vel *temporariarum* Al. (1).

(1) Sic Taurell. in margine. Prius omnes scriptos et editos habere, testatur Brencm. *h.* Quae autem sint *onera annonarum* et *contributionum*, docet Raevard. *Conjectan.* III. 6.

§. 7.

Modestinus respondit (1): etc. *non posse respondi.*] Add. *L.* 12. *pr. h. t.*

(1) Apud Hal. *respondit* abest, et abundat. Legem hanc, ubi ob exilium tutoris actor constitutus dicitur, intelligendam esse de *exilio temporali*, monet Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 19. §. 6.

L. XXXIII.

A tutoribus et curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda est etc.] Add. *L.* 1. *in fin. Cod. de fals. monet.* et Ant. Fab. *Jurispr. Papinian. Scient. Tit.* 12. *princ.* 7. (1).

(1) In seq. §. 1. pro *quae inita sunt*, Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 3. ope geminationis, addita

ta litera *f*, legit: *quae finita* (scil. tutela) *inita sunt*. Ex verbis: *officium tutorum*, *curatoribus constitutis*, *finem accipit*, colligi non posse, minores necesse habere curatores sibi petere, docet Hetzer. *ad L. Laetor.* §. 12. *in not.* in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 619. Aliter Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad* §. 2. *Inst. de curator.*

§. 3.

Sumtuum, qui bona fide in tutelam, etc.] Add. *L.* 1. §. 9. *de tutel. et ration. distr.*

Nisi ab eo, qui eum dat, etc.] Vel a Judice. Fab. *in Cod.* V. 36. *Def.* 1. add. Rittershus. *ad Novell. Part.* VIII. *Cap.* 9. *num.* 18. (1).

(1) Et vid. de hoc §. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 26. §. 1.

L. XXXIV.

Ad instruendam etc., *et pupillorum utilitatem* admittendam, *servos quoque* etc.] Bynkersh. *Obs.* IV. 25. legit: *et pupillorum utilitatem, admittendum, servos* etc. Quod probo (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 2. *not.* 6. et Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 299. ubi hanc Legem explicuit. *Admittendum* habet quoque Hal. Vid. Brencm. *h.* Vocem *respondit* ex inscriptione in contextum rejicere, mallet M. Tydeman, *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* 3. *Cap.* 2. §. 4. *not. i.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 82.

L. XXXVI.

Quae merum *jus compensationis inducit*,] Id est, integrum, non mixtum. Noodt. *ad Tit. Pand. de compensat.* vs. *Simile exemplum* etc. et non est facti, ut divisio tutelae.

Nec

Nec experiri cum pupillo volentibus obstare debet.] Add. *L.* 47. §. *ult. h. t.* (1).

(1) Et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 8.

L. XXXVII.

Tutorem qui tutelam gerit, Sabinus et Cassius, etc.] Invito Proculo et Pegaso. Vid. *L.* 18. *et L.* 19. *de neg. gest.* et Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 17. *de neg. gest.* In seq. §. 1. verbis: *praeteriti temporis nomine*, Vulg. praefigit: *tamen.* Vid. Brencm. *h.* Sed. vid. notata superius ad *L.* 6. *in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.*

L. XXXVIII.

Si plures tutelam non administraverint, etc.] Per *contumaciam.* Vid. seqq. §§. quae igitur non tollit beneficium divisionis. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* et *in Paratitl. ad Tit. Cod. de divid. tutel.* et Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 80. *error.* 6. *num.* 2. (1).

(1) Sed vid. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 24. §. 8. *seqq.*

§. 2.

Sed, cum propria cujusque contumacia puniatur, etc.] Hinc colligunt, quando duo commisere culpam contra tertium, non posse unum contra alterum agere. Vid. Cyriac. *Controv.* 197. *num.* 13.

L. XXXIX.

§. 2.

Tutorem a Praetore constitui consultius petet, ne forte, etc.]

etc.] Vid. *L.* 1. *in fin. de eo qui pro tutor. L.* 4. *Cod. de excusation.* (1).

(1) In seq. §. 3. verba *fideicommisso restituto* Accursium recte explicare *restitui petito*, notat Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 371. add. de hoc §. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 8.

§. 4.

Actionem denegari non oportet creditori,] D. Goth. *in not.* „Imo oportet. *L.* 2. §. 1. *in fin. h. t.*" Male haec opponitur.

§. 10.

Tutoribus idoneis diem functis (1), etc.] Finita jam tutela. Gloss. *h.* male. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.*

(1) De hac locutione vid. notata superius ad *L.* 4. *de offic. assessor.*

§. 11.

Actionem utilem tutelae dari placuit.] Vid. *L.* 4. §. 3. *rem pup. vel adol. salv. for.* (1).

(1) Vid. ad hunc §. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 23. §. 9. *et seq.* et ad seq. §. 12. vid. Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 274. *seq.*

§. 13.

Nec donatum, sed transactum videtur.] Quae habet D. Goth. *in not.* hausit ex Cujacio, *Obs.* XXI. 35.

§. 14.

Quae pater usuris majoribus *fecit,*] Quam *pupillares* sunt. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.*

§. 15.

Neque enim tutelae judicio consumtum (1) *videtur*, etc.] Add. Fab. *in Cod.* V. 31. *Def.* 6.

(1) Hal. *consultum*. Vid. Geb. *h.*

§. 17.

Tutelae judicium ideo differri non oportet, etc.] Facit huc *L.* 31. *de judic. L.* 1. *Cod. de consort. ejusd. lit.*

§. 18.

Manumisit (*et*) *retinuit*,] *Et* abest a Vulg. (1).

Curatori per judicem accepto feretur.] Ne ex ipsius minoris facto curator obligetur.

(1) Videtur esse vel ab antecedente *it* in *manumisit*, vel a sequente *ret* in *retinuit*. Brencm. *h.*

L. XL.

Impuberi filio centurio curatorem dedit,] Add. *L.* 6. *de confirm. tut.*

Filiae *vero tutela* etc.] In edit. Flor. *filii*, quod male mutatum (1).

(1) Non videri haec cohaerere superioribus, et aliquid deesse, putat Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XLI.

Quoniam ejus liberatio, quod ex tutela percepit, etc.] Add. *L.* 28. §. 4. *de liberat. legat.*

Tutor enim legatarius ex culpa, quae testamento remissa est, non tenetur.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 10.

L. XLII.

Quod nec heredi pupilli datur:] D. Goth. *in not.* „Imo

-da-

datur. *L.* 33. §. 2. *h. t.* Non agit haec de *privilegio.*

Non enim caussae, sed personae succurritur, etc.] Nec distinguendum, utrum *directa*, an *utili* actione agatur. Distinctio haec melior. add. *L.* 68. et *L.* 196. *de reg. jur.* Sand. *de Action. Cesfion. Cap.* 9. *num.* 8. *seq.* add. *L.* 52. *de pecul.* *L.* 19. §. 1. *de reb. auct. jud. posfid.* Matth. *de Auction.* I. 21. *num.* 20. *seqq.* et *num.* 31. *seqq.*

L. XLIII.

Tutor periculo eximitur.] A quocunque tandem nomina contracta sint. Carpzov. *Defin. Forenf. Part.* II. *Conft.* 11. *Def.* 24. nisi dolus, vel culpa tutoris intervenit. Idem, *ibid. Def.* 25. et quis hanc probare debeat, *Def.* 26. et quid, si minor inde usuras perceperit, *Def.* 27.

§. 1.

(1)

Vel quondam dolo fecit, non illi succurratur?] Add. Carpzov. *Defin. Forenf. Part.* I. *Conft.* 28. *Def.* 84. et in casu simili, Mev. *Decif. Part.* I. *Dec.* 228.

Respondi, curator cum officium suum egresfus, sponte se obligaverit, non puto ei a Praetore subveniri debere,] Ut nec, si donarit. Carpzov. *d. loc. Part.* II. *Conft.* 11. *Def.* 49. Non hinc tamen sequitur regula, tutores et curatores male res minorum gerentes, et iis, cum quibus minorum nomine contrahunt, obligari: quod hinc colligunt Bart. *h.* et Ant. Fab. *Cod.* II. 25. *Def.* 2. *not.* 8.

Quod si mulier suum curatorem etc.] Triboniano haec omnia adscribit Faber, *Conject.* VI. 18. *num.* 5. quod non video. *Per suum curatorem* legit Leonin. *Emendat.* III. 1. ubi de hoc §. late.

Dotis reliquum marito servat.] *Solvat*, Al. (1) probante merito Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.*

(1) Vid. D. Goth. *in not.* Etiam Hal. Vid. Geb. *h.*

L. XLIV.

§. 1.

Praetor enim privilegium ei servare debet.] Vid. Matth. *de Auction.* I. 21. *num.* 26.

L. XLV.

Si pupillus alterum ex tutoribus etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.*

Is autem, qui tempore *liberatus est*, etc.] *Tempore* delet Cujac. *d. loc.* (1).

(1) Probante Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. Tit. de tut. et rat. distr. num.* 15.

L. XLVI. (1).

(1) *Pr. reliqua traxit — reliquatus est.* Vid. de his locutionibus Pithoei *Adversar.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 357. add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 425. Conrad. *Parerg. p.* 547. et notata superius ad *L.* 29. §. 6. *fam. ercisc.*

§. 1.

Qui apud Graecos ἐπιμεληταὶ (1), *id est, curatores, vocantur:*] *Id est, curatores*, non sunt in Flor.

Cum individuum his officium curae a magistratibus injunctum sit?] Vid. *L.* 11. *ad Municipal.*

Magistratus conveniri oportere:] D. Goth. *in not.* „ Imo, is convenietur, cui legitima hereditas quaesita est. *L.* 26. *de neg. gest.*" In ea Lege dicitur, damnum ejus esse (2).

Alia enim caussa est tutorum, etc.] Qui contutores suspectos possunt, et debent facere: non idem in reipubl. curatoribus. Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. Resp. in expl. h. l.* et *Obs.* XXVI. 8. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 9. *Thes.* 5. *Lit. b. p.* 486. *seq.*

(1)

(1) De varia hujus vocis lectione vid. Alciat. *Parerg.* II. 29. et Brencm. *h.*

(2) Add. notata superius ad *d. L.* 26. et Pothier. *in not. ad h. l.* in *Pand. Justin. Tit. de mag. conven. num.* 13. Nic. a Salis legit: *conveniri non oportere*, propterea notatus a Jauch. *de Negat. Pand. p.* 220.

§. 2.

Quae prohibent, pecuniam pupillarem in usus suos convertere.] Hic vero praesumitur, id fecisse in utilitatem pupilli: quod et in aliis casibus statuunt. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 11. *Def.* 38.

§. 3.

In diem judicii accepti] Id est, *sententiae*. Noodt. *de Foenor. et Usur.* III. 15. vs. *At quid* etc.

§. 4.

Fidejussorem, qui salvam rem fore cavit, non teneri.] Vid. Fab. *in Cod.* V. 33. *Def.* 4.

§. 5.

Quorum nomina libro rationum non inerant,] *Non* delet Salmas. *de Usur. Cap.* 6. *p.* 149.

Et prolatae sunt ab his apochae tutoris,] D. Goth. *in not.* „Apochae a tutoribus datae fidem faciunt contra pupillum." Add. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 11. *Def.* 37. restituitur tamen interdum minor. *ibid.* (1).

(1) In seqq. verbis pro *posse eundem adulescentem* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 3. legere mavult: *posse secundum adolescentem.*

§. 6.

Paulus respondit, tutorem testamento datum pro ea parte con-

conveniri oportere, pro qua parte administravit:] Tanquam tutela divisa (1).

Pro contutoris autem portione prius eos conveniri debere, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo contutor prius est conveniendus, quam magistratus, *L.* 1. §. 15. *de tutel. et ration. distr.*" Vid. *ibid.* et Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de divid. tutel.* (2).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 24. §. 4.
(2) Add. Voorda, *d. loc. Dec.* 28. §. 8. De voce *excusati* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 343. Conrad. *Parerg. p.* 540. Heinecc. *ad Brisson. de verb. sign.* in voc. In Pand. Flor. est: *excusati*, pro quo Taurell. restituit: *excusati.* Vid. Brencm. *h.* qui putat, *τὸ excusi*, quod omnes habent, a Librariis in *excusati* esse mutatum.

§. 7.

Vel etiam deminuendi causa *cum iis transigere:*] Secus, cum justa est causa. Vid. Gall. *Obs.* II. 72. Mornac. *ad L.* 22. *Cod. de pact.* (1).

(1) Add. Voet. *ad Tit. Pand. de transact. num.* 2.

L. XLVII.

Titium et Maevium tutores etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Scaevol. Resp. in expl. h. l.*

Πάντας γίνεσθαι] Lege: πάντα (1).

(1) Ita etiam Hal., probante Brencm. *h.* Ad seqq. §§. 2. 3. et 4. vid. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 24. §. 3. Ad verba *d.* §. 4. *uncias usuras* Brencm. notat: Forte *unciales*, vel *unciarias.* Vid. tamen Augustin. *Emendat.* II 10. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1490. Quod sequitur: *id* praestatur, *quod testator voluisset*, explicandum: *debet praestari, praestandum est*, notat Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 373. *Praestaturos* legendum, conjicit Gronov. *de*

de Pecun. Vet. p. 571. add. et de hoc §. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 180. *seq.*

§. 5.

Post triennium jam puberibus his, quorum tutela administrata est, etc.] Ergo nomina tunc erant idonea. Facit huc *L.* 39. *pr. h. t.* 243 pr. h. t.

§. 6.

Respondi, etc. *pupillo usuram*, *non* compendium, *praestandam.*] Ut in *L.* 58. *h. t.* (1).

(1) Add. de Retes, *Opusc. Lib.* IV. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 200.

§. 7.

Respondi, *nihil proponi*, *cur non possit.*] Facit huc *L.* 36. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 48. vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 264. *seqq.* Pro *plane rerum administratio* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 4. legit: *plena rerum administratio*; et sic Vulg. Vid. Brencm. *h.* add. Finestr. *d. loc. p.* 266. quem etiam vid. de seq. *L.* 50. *ibid. p.* 564. *seqq.*

L. LI.

Venulejus Lib. VI. *stipulationum.*] Pertinet ad stipulationem *judicatum solvi.* Vid. Merill. *Obs.* VIII. 2. (1).

(1) Et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 20. §. 6.

L. LIII.

Creatus *conveniebatur in solidum* etc.] Est explicatio τοῦ *adsumtus*: revera enim post conventus est, ut docent

sequentia. add. *L.* 9. §. 5. *de tut. et rat. distr.* (1).

Duplici ratione,] Al. (2) addunt: *et quia tutor, et.* Sic edit. Lugd. 1550. Sed non habet etiam Glossa, et omissum hoc a Paulo, tanquam per se clarum.

Hoc est, tunc esse periculum ejus, qui etc.] Haec videntur ab Interprete (3): non sunt certe Imperatoris, forte nec Pauli: restringunt enim praecedentia ad duos casus, cum latius haec pateant. *L.* 1. *Cod. de div. tutel. L. ult. Cod. in quib. cas. tut. vel cur. hab.* etc. et hic casus (4) hic non dicitur adfuisse.

(1) Praecedit in Lege: *deinde (a) quibusdam excusatis* etc. ubi *a* anticipatam esse, et ex octo MSS. quinque ea carere, notat Brencm. *h.*

(2) Etiam Hal. Vid. Geb. *h.* Sequitur: *si in diem finitae tutelae idonei permansissent tutores,* etc. ad quae verba vid. Voorda. *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 9. Pro *licet et satis non esset exactum,* Hal. habet: *licet satis* etc. et videtur τὸ *et* mala geminatio. Brencm. *h.*

(3) Absunt apud Hal. Vid. Geb. *h.*

(4) Scil. *qui suspectum non fecisset.*

L. LIV.

Non existimo maximis usuris subjiciendum etc.] Vid. Mev. *ad Jus Lubec. Lib.* I. *Tit.* 7. *Art.* 7.

L. LV.

Plane, si pecunia numerata pupilli inter eos distributa est, non in majorem summam quisque eorum, quam accepit, tenetur.] Bachovius, *Adv. Fab. Dec.* 80. *error.* 6. *num.* 3. accipit de casu, quo omnes sunt solvendo: idque non fieri ipso jure (1).

(1) De priore hujus *pr.* parte vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 24. §. 6. et *Dec.* 19. §. 6.

§. 1.

§. 1.

An ea actione, quae proponitur ex L. XII. Tabularum etc.] *Rationibus distrahendis*, Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de susp. tutor.* (1).

Sed tutores, propter admissam *administrationem*, etc.] *Commissam*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 80. *error.* 6. Interdum tamen graviter puniuntur. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 41.

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de tutel. et ration. distr.* etc. vs. *Altera Rubricae pars* etc. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 25. §. 5. Aliter Bynkersh. *Obs.* VI. 8. quem refutat Kellinghusen. *de Legib. nonnullis Roman. Cap.* 1. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 12. *seqq.*

§. 4.

Permittere contutori *administrationem non debet*,] Lege: *contutor* (1).

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h.* atque sic legendum putat quoque Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 181. — In seq. *L.* 56. pro *annis viginti quatuor* Hal. et Vulg. habent: *annorum quatuordecim.* Vid. Brencm. *h.* qui id probat.

L. LVII.

Cum ex inventario tutores convenire eos possent,] Hoc ad alia non facile porrigendum. Vid. Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de fid. instrum. num.* 24. *et* 31. et *ad h. t. Pand. num.* 4.

Aut novationem faciendam] Vid. Gail. *Obs.* II. 37. *num.* 1. (1).

Respondit, si adprobatum fuerit, etc.] Ergo hoc probandum. Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 11. *Def.* 25. (2).

(1) Sequitur: *cum idem circa* priores *debitores* etc. Hal. et Vulg. pro *priores* habent: *proprios.* Vid. Brencm. *h.* Sed Florentinam praefert Leunclav. *Notator.* II. 59. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1517. *seq.*

(2) Pro *debere* Flor. legitur *deberi.* Sed *debere* Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.* qui hoc probat.

L. LVIII. (1).

(1) *Pr. Quia lucrum facere ex tutela non debet.* Haec, et totam Legem, ad quosvis tutores pertinere, notat Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 26. §. 1. add. de hujus Legis *pr.* de Retes, *Opusc. Lib.* IV. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 199. *seq.*

§. 1.

Quae exortis *usuris pupillo aucta,*] D. Goth. *in not.* „ *ex sortis usuris.*" Ita Vulg. (1).

(1) Vid. Brencm. *h.* Praecedit: *quae ab initio* quod *ex tutelae ratione* etc. Ubi *quod* deest in omnibus editionibus, non vero MSS. Vid. Brencm. *ibid.*

§. 2.

Quaesitum est, ex testamento *datos periculum* etc.] An, *ad ex testamento* etc. (1).

(1) Sic etiam Brencm. *h.* Hal. habet *ad* loco *ex.* — In seq. §. 3. verbis: *an ex eo die, quo duo millia potuerunt a substantia hereditatis,* Vulg. addit: *separare.* quod probat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 4. aut alioquin pro *potuerunt* legendum putat: *posuerunt,* aut, transposita particula *et,* legendum: *potuerunt a substantia hereditatis in nomina collocare, et neglexerint,* etc. Hal. *an cum ex eo die,* etc. *hereditatis separari, in nomina collocare neglexerint.* Vid. Brencm. *h.*

§. 4.

Respondit, omnis pecuniae, quae ad curatores transit, etc.] Facit huc §. 1. *h. l.*

L. LXI.

Idem Lib. XX. Epistularum.] *Lib.* VIII. Perrenon. *Animadv.* II. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 645.] (1) ob *L.* 3. §. 1. *de tribut. act.* *L.* 21. §. 1. *de pecul.* Sed, an non de eadem re in diversis epistolis agere potuit?

Perindeque haberi debet,] *Debet* delet Leonin. *Emend.* VII. 18. *num.* 7. (2).

Puto, eum vere *dicere:*] Al. (3) *verum*, rectius. Leonin. *Emend.* VII. 19.

Cum alioquin elegantius dicere poterit,] *Dici possit* (4). Leonin. *d. loc.* qui et alia hic tentat, forte infeliciter.

Venditori *hereditatis praestandas esse:*] *Petitori*, edit. R. Steph. (5) quod probo. Facit huc *L.* 51. *de pecul.*

(1) Et in inscriptione Legis praec. pro *Lib.* VIII legere videtur *Lib.* XX. transponens adeo harum Legum inscriptiones.
(2) Hal. *debeat.*
(3) Ita Hal. Vid. Geb. *h.*
(4) Ita Hal.
(5) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.* qui etiam id probat.

TITULUS VIII.

DE AUCTORITATE (1) ET CONSENSU TUTORUM ET CURATORUM.

(1) Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. et Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 9. An Jure Justinianeo *auctoritas* a nudo consensu differat, dubitare videtur Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 21. §. 5. *p.* 287.

L. I.

In rem suam *auctorem tutorem fieri non posse*,] Secus in consensu. Cujac. *Consult.* XLIV. (1).

(1) Sequitur: *per* consequentias *contigit*. Vulg. *consequens*. Brencm. *h*. Sed vid. Duker, *ad Opusc. de Latin. Vet. JCtor. p.* 412. et notata superius ad *L.* 5. *de act. emt. vend.*

L. III.

Hoc est enim auctorem fieri.] Etsi pupillus taceat. *L.* 13. *h. t. L.* 6. *pr. de tutel.*

L. IV.

Etsi pluribus datis *tutoribus* etc.] Non *legitimis*. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 11. §. 26. ibiq. Cujac. add. *L.* 5. *pr. L.* 7. §. 1. *h. t.*

Cui administratio tutelae concessa non est,] Id est, interdicta est. *L.* 14. §. 1. *de solution.* Minus dicit, quam intelligit, ut in *L.* 15. §. 2. *de testam. milit.* (1).

(1) Pari modo Noodt. *ad h. t. Pand*, vs. *Sed apparet* etc. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 21. §. 1. Puttman. *Probab.* II. 8. *p.* 56. *seq.* Alii aliter. Vid. Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 6. *in not.*

L. V.

Plane si plures sint tutores, quorum unius auctoritas sufficit,] Vid. ad *L.* 4. *h. t.*

Sed et cum solus sit tutor, etc.] *Sed etsi*, ed. R. Steph. (1).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Sed enim si contutorem habeat, cujus auctoritas sufficit,] Vid. *L.* 4. *h. t.* add. de hoc §. Leonin. *Emendat.* I. 10.

§. 4.

§. 4.

Sed (1) *simpliciter*,] Vid. Fab. *Cod. Tit. si quis alt. vel sibi etc. Def.* 1.

(1) Apud Hal. *sed* abest: male. Vid. Leonin. *Emend.* I. 10. *num.* 6. et Bynkersh. *Obs.* VI. 25. *num.* 10.

L. VII. (1).

(1) *Pr. Nihil prohibet auctoritas.* Apud Hal. *auctoritas* abest. Sed vid. A. G. Pagenstecher. *Adversar.* I. 4.

§. 1.

Si auctoritas tutoris unius sufficiat:] Vid. *L.* 4. *h. t.*

L. IX. (1).

(1) Ad *pr. h. l.* vid. Theod. Lamb. Prins, *Spec. de iis, quae sunt singul. in mutuo*, *Cap.* 3. §. 6. *p.* 47. *seqq.* ubi refutavit Salmasium.

§. 5.

Tutor statim in ipso negotio etc.] Vid. *L.* 31. *pr. de usurp. et usuc.* (1).

Post tempus vero etc. *nihil agit.*] Vid. Hotoman. *Obs.* XII. 2. (2).

(1) Add. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 9.
(2) Non obstare *L.* 25. §. 4. *de adq. vel omitt. hered.* docet G. Pauw, *ad varia Jur. Civ. cap. Cap.* 5. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 133. *seq.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin.

L. X.

Tutor, qui per valetudinem, etc.] Conf. *L.* 17. *h. t.*

L. XI.

L. XI.

Qui *scilicet, si quid eorum etc.*] *Quia* Al. (1).

(1) Hal. *quia si quid contra modum pupilli* etc. Vid. Geb. *h.*

L. XVI.

Etiamsi tutor caecus etc.] Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* IV. 12. §. *ult.* Stryk. *de Jur. Sens. Diss.* II. *Cap.* 2. *num.* 13. *seqq.* (1).

(1) Ex seq. *L.* 19. interpolatam esse *L. ult. Cod. de in lit. dand. tutor.* putat Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 21. §. 3. add. Idem, *ibid.* §. 5.

L. XX.

Sed non adsignante (1) *instrumento divisionis,*] Pari modo Pers. *Satyr.* V. *vs.* 81. (2).

(1) *Adsignante in instrumento,* ope geminationis, legit Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXIII. §. 4. Non opus.
(2) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. et *ad Tit. de reb. cor. qui sub tut. sunt* etc. vs. *Deinde ait Oratio* etc. De verbo *abstentus* in seq. *L.* 21. vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* p. 403.

TITULUS IX.

QUANDO EX FACTO (1) TUTORIS, VEL CURATORIS, MINORES AGERE, VEL CONVENIRI POSSUNT.

(1) *Ex facto,* id est, ex administratione. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. add. de hoc argumento Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 21. §. 6. *seqq.*

L. I.

L. I.

Ob dolum malum etc.] Add. *L. ult. de adm. et peric. tut.* Hanc vero sententiam non obtinuisse, putat Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Alio tamen ivisse* etc.

Si rem a tutore pupillus servare possit.] add. *L.* 21. §. 1. *de pecul.* Os. Aurel. *Dispunct.* 35. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 789. *seq.*] quin et admitterem, posse liberari cessa actione, per *L.* 51. *de pecul.* et idem puto *L.* 1. §. 6. *ne vis fiat ei* etc. (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 21. §. 9. et notam ad *L.* 198. *de reg. jur.*

L. II.

Utilis actio ei, cujus pecunia fuit, datur ad rem vindicandam.] Si velit. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 28. *Def.* 109. *num.* 5. et *Part.* II. *Const.* 11. *Def.* 81. *num.* 13. (1).

(1) Add. Gluck. *ad Tit. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* §. 1087. *b. p.* 55. *seq.*

L. III.

Dolus tutorum etc.] Vid. ad *L.* 198. *de reg. jur.* add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *At quemadm.* etc.

Cum ex illius fraude locupletior pupillus factus non est.] Vid. *L.* 13. §. 7. *de act. emt. vend.*

Si modo quod tutoris dolo desiit,] An, *desit? Desiit possidere*, *L. ult. de adm. et peric. tut.*

L. IV.

Ulpianus Lib. LXIV. *ad Edictum.*] Ubi de *bonis possidendis*, et *separationibus*, egit.

L. V.

L. V.

Post mortem furiosi non dabitur etc.] D. Goth. *in not.* „ Imo dari videtur. *L.* 67. *de procurator. L.* 3. §. 2. *de adm. et per. tut.*" In *L.* 67. propriam fidem obst. in erat: altera Lex aliena est.

Non magis quam in tutores: etc.] D. Goth. *in not.* „ *quam in tutores post depositum officium; si modo nullam ex consensu novationem factam*, etc. Cujac. *Obs.* XX. 39." Et *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.* (1).

Novationem factam,] Respectu obligationis ex officio contractae. Huber. *Prael. ad Tit. Pand. de contr. tut. act. num.* 2.

(1) Probante Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Tutor, qui pecuniam se soluturum cavit, quam (1) *pater pupilli* etc.] Vid. Fab. *Cod.* V. 23. *Def.* 5.

Non idem in eo placuit, qui suo nomine etc.] Nec qui in gratiam pupilli alteri credendam mandavit. Mev. *Decision. Part.* IV. *Dec.* 188.

(1) *In quam*, Vulg. Hal. *ad quam.* Vid. Brencm. *h.* — Ad seq. *L.* 7. vid. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 523.

TITULUS X.

DE SUSPECTIS TUTORIBUS, ET CURATORIBUS (1).

(1) Ita Vulg.
(2) Ita Hal. et omnes, probante Brencm. *h.* add. de hac Lege Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 815. *seqq.*

TITULUS IV.

DE CONTRARIA TUTELAE (1), ET UTILI ACTIONE.

(1) *Civilem* hanc actionem esse, putat Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 4. et Noodt. *ad eund. tit.* in pr. Fortasse tamen rectius dicemus, esse *Praetoriam*: ex stricti enim juris ratione pupillus sine auctoritate tutoris obligari nequit, nec potest tutor auctor fieri in rem suam. Stricto igitur jure civili tutor adversus pupillum actionem non habet. Sed Praetor, aequitatem secutus, hunc juris Civilis defectum supplevit, quapropter in *L.* 1. *pr. h. t.* actio haec dicitur *a Praetore proposita*.

L. I.

§. 3.

Locus erit judicio, *etiam statim*,] *Negotiorum gestorum* (1).

Quia hoc casu in ipsum quoque statim actio competit.] Vid. *L.* 16. §. 1. *tit. praec.*

(1) Add. notata superius ad *inscript. praec. tit.*

§. 4.

Et utique potest:] Vid. *L.* 18. *in fin. commod. vel contra* (1).

(1) Ad verba seq. §. 6. *vel ejus securitatem*, vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 26. §. 4.

§. 7.

Ego *et si ex caussa* etc.] Pro *ego* Al. *ergo* (1).

(1) Ita Hal. et omnes, probante Brencm. *h.*

L. III.

Quid ergo, si plus in eum impendit, etc.] Vid. Fab. *Cod.* V. 23. *Def.* 2.

Neque enim in hoc administrantur tutelae, ut mergantur *pupilli:*] Sic etiam Senec. *de Constantia sapientis, Cap.* 8. *Quae sapientem, etiamsi universa circumveniant, non* mergunt. Et Juven. *Sat.* XIII. *vs.* 7. *seq.*

Ut mediocris
Jacturae te mergat *onus* (1).

(1) Add. Drakenborch. *ad Liv.* VI. 14. §. 7.

§. 1.

Si nimium *profuit pupillo pecuniam esse exsolutam.*] An, *nimirum* (1)?

(1) De verbo *mutuari* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 344.

§. 2.

Nec pupillo praestabit.] Sic recte legitur (1).

(1) Hal. *pensabit.*

§. 3.

Quam *impendit,*] *Quantum,* ed. R. Steph. (1).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Sequitur: *ut ejus summae* non *praestet usuras.* Apud Hal. τὸ *non* abest: male. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 97. — Ad seq. *L.* 5. vid. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 181.

L. VI.

Paulus Lib. V. *ad Plautium.*] Junge *L.* 45. *mandat.*

Si tutor pro pupillo se obligavit, etc.] *Expromittendo,* Cujac. *Obs.* XXVI. 20. et sic Noodt. *ad h. t. Pand.* vs.

Caussa igitur etc. Facit huc *L.* 3. §. 2. *de adm. rer. ad civit. pertin.* Sed latius accipit Huber. *Prael. ad h. t. Pand. num.* 2. rectius.

TITULUS V.

DE EO QUI PRO TUTORE, PROVE CURATORE NEGOTIA GESSIT.

Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* I. 4. §. 8.

L. I.

Solent enim magni errores intercedere,] Quia forte olim administratio non requirebat decretum Judicis. Huber. *Prael. ad h. t. Pand. num.* 2.

§. 4.

Quare, si quis finita tutela pro tutore etc.] V. g. sub conditione datus, ea existente.

§. 5.

Deinde quasi *tutor,*] Id est, ut vere tutor. Vid. Brisson. *de verb. sign.* voc. *quasi, num.* 4.

§. 6.

Sed erit negotiorum gestorum actio.] Obstat *L.* 19. §. 2. *de testam. tutel.* ad quam vide (1).

(1) Pro *qui animo tutoris gessit*, in seq. §. 7. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIV. § 4. ope geminationis, legit: *quia animo* etc. *Quia* habent Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.* qui hoc non improbat.

§. 9.

Si necessarios pupilli non certioravit, etc.] Add. *L.* 39. §. 2. *de adm. et peric. tutor.* (1).

(1) De verbo *certiorare* vid. notata superius ad *L.* 20. §. 11. *de hered. petit.*

L. II.

Rem pupilli vendidit,] Sine jure. D. Goth. *in not.* „Etiam interposito decreto." Res vera, sed Oratio Severi longe recentior temporibus Celsi (1).

(1) Ad seq. *L.* 4. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 366. add. S. Zimmern, *ueber die culpa bei der protutel, im Archiv fur die Civilistische praxis, von Gensler etc.* I. *B.* 2 *H. p.* 252. *seqq.*

L. V.

Ulpianus Lib. X. *ad Edictum.*] Ubi egit de *negotiis gestis.*

TITULUS VI.

QUOD FALSO TUTORE AUCTORE GESTUM ESSE DICATUR.

Hic Titulus olim pertinuit ad *restitutiones in integrum* (1).

(1) Conf. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. Latius patet hoc edictum, quam superius *de eo qui pro tutore* etc. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 26. §. 7. De discrimine inter protutorem procuratoremve et falsum tutorem nuperrime actum *im Archiv fur die Civilistische praxis, von Gensler etc.* I. *B.* 2. *H. p.* 246. *seqq.*

L. I.

L. I.

Ulpianus Lib. XII. *ad Edictum.*] Ubi de *in integrum restitutionibus majorum* egit, quo pertinent et aliae hujus tituli Leges.

§. 1.

Quod eo auctore, — qui tutor non fuerit.] *Cum pupillo gestum erit.* Sic in Edicto fuisse, putat Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr. (1).

(1) In seq. §. 3. pro *quamvis a non tutore gestum est*, Al. habere: *quamvis a tutore* etc. notat Jauch. *de Negat. Pand. p.* 146. Apud Hal. *a non* absunt, in margine tamen habet: alias, *non a tutore.* Vid. Geb. *h.* Post *quamvis* etiam alibi Indicativum sequi, supra jam notavimus ad *L.* 11. §. 5. *ad L. Aquil.*

§. 6.

Dabo in integrum restitutionem.] Quae in quibus ab *actione in factum* differat, docet Suerin. *Repetit. Lection. Cap.* 15. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 31.] (1).

(1) Sequitur: *scienti non subvenit*, id est, non dat Praetor restitutionem in integrum illi, qui, sciens falsum tutorem esse, a quo interponitur auctoritas, nihilominus eum pupillo contraxit, aliudve gessit. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Deinde ait Praetor* etc. Subjicitur in seq. *L.* 4. *Minori* XXV. *annis succurretur*, etc. Non ex hoc Edicto, sed ex generali Edicto *de minoribus.* Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* et Pothier. *in not. ad h. l.* De ordine, quo haec Lex collocata est in edit. Haloandr. vid. Geb. *h.*

L. V.

Interdum tamen, etsi *scientia noceat*, etc.] D. Goth. *in not.* „*Tametsi*, unica dictione, Cicero, etc. Vid. Cujac. *Obs.* I. 14." Imo, *tametsi* (1).

(1) De repetitione τοῦ *tamen* vid. Duker. *ad Flor.* II. 6. 19. *p.* 312.

L. VI.

Pupilli *scientia computanda non est:*] Qui una cum tutore contraxit. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Deinde ait Praetor* etc.

L. VII.

Tantam *pecuniam condemnetur.*] *In tantam*, ed. R. Steph. (1).

(1) Ita etiam Hal. et omnes. D. Goth. *in not.* „*Tantam in.*" atque ita scriptum fuisse, sed *in* excidisse propter praecedentem *m*, probabile putat Brenem. *h.* Conf. notata superius ad *L.* 2. §. 19. *de orig. jur. not.* 1.

§. 1.

Quid, si compulsus, aut metu, ne compelleretur, auctoritatem accommodaverit? (1).] Vid. Pinell. *ad L.* 2. *Cod. de resc. vend. Part.* II. *Cap.* 3. *num.* 18. et Carpzov. *Pract. Crimin. Part.* III. *Quaest.* 123. *num.* 21. *seqq.*

(1) Interrogatio sine responsione perinde accipienda, ac si responsio esset subjecta. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Alterum edicti caput* etc. in fin.

§. 3.

Quos facturus est actor restitutorio *agendo.*] De quo *L.* 1. *in fin. h. t.* Male D. Goth. *in not.*

L. IX.

§. 1.

Quoniam et factum puniunt, etc.] Unde et *poenales* dicuntur. *L.* 1. §. 8. *ne vis fiat ei* etc.

Quae

Quae alieno juri subjectae sunt,] Forte intelligit et filiosfamilias, ex jure veteri.

L. X.

Si falso tutore actum sit,] Cum pupillis. *Si cum falso* etc. Al. (1). R. Steph. ed. 1529. *Si falso tutore authore* etc. (2). Vid. de hac Lege Suerin. *Repetit. Lection. Cap.* 15. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 31.] (3).

(1) Ita Hal.
(2) Ita Vulg. probante Brencm. *h.*
(3) Aliter Cujac. *Obs.* XXII. 19. quem laudat Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Adversus quem?* etc. Speciem Legis proponit Pothier. *in not. ad h. l.* Vid. et Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 181. *seq.* et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 26. §. 9.

L. XI.

Minori duodecim, vel quatuordecim annis] *Impuberi, aut feminae puberi* scripsisse Ulpianum, putat Cujac. *Obs.* XXII. 20. (1).

(1) Et Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 4. *p.* 56. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 314.

§. 2.

Sed et si quis filiaefamilias *auctor factus sit* etc.] Tanquam matrifamilias: quae olim in perpetua erant tutela. Cujac. *Obs.* XXII. 20. (1).

Qui aliter cum impubere etc.] Cujac. *d. loc.* additum ab Ulpiano putat: *vel femina pubere.*

(1) Quem laudat Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Alterum edicti caput* etc.

TITULUS VII.

DE FIDEJUSSORIBUS, ET NOMINATORIBUS (1), ET HEREDIBUS TUTORUM ET CURATORUM.

(1) Qui sint *nominatores*, qui *adfirmatores*, vid. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 28. §. 7.

L. I.

Per heredem, si legitimae aetatis, et masculus sit, explicari debent,] Add. D. Goth. *in not.* et Sand. *Decision.* II. 9. *Def.* 18. Verba *legitimae aetatis* Triboniano adscribit Cujacius, *ad Tit. Instit. de fiduc. tutel.* quod non probo (1).

In quibus dolus ejus admitti potest.] Sic *L.* 40. *pro socio.*

(1) Probat tamen *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 11. §. 20. *not.* 58. Sed Triboniano nihil hic quoque adscribit Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 3. et Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *In posteriore rubricae parte* etc.

L. III.

Etiam fidejussorem, etc.] Facit huc *L.* 10. *rem pup. vel adol. salv. for. L.* 5. *h. t. L. ult. tit. seq.*

L. IV.

§. 1.

Neglegentia (1) *plane propria heredi non imputabitur.*] Vid. *L.* 1. *pr. h. t.* Fab. *Conject.* I. 12.

(1) *Culpa levis.* Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *In posteriore rubricae parte* etc. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 3.

§. 2.

§. 2.

Ex bono et aequo constitui a Judice oportet.] Juxta *L.* 7. §. 4. *de adm. et per. tutor.*

§. 3.

Eadem caussa videtur adfirmatorum, etc.] De aliis adfirmatoribus late Merend. *Contr. Jur.* XIV. 43.

L. VI.

Pupillus contra tutores, etc.] Vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Ne igitur distringatur* etc. (1).

Officio cognoscentis conveniet, etc.] Facit huc *L. ult. rem pup. vel adol. salv. fore.*

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 4. *seq.*

L. VII.

Si fidejussores, qui rem salvam fore pupillo caverant, etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.*

L. VIII.

§. 1.

Nam cum ex omnibus bona fide (1) *judiciis propter dolum defuncti heres teneatur*, etc.] Qui hic dicitur adfuisse. add. *L.* 4. *Cod. de in lit. jurand.*

(1) Hal. et omnes: *bonae fidei*. Vid. Brenem. *h.* Sequitur; *sed Constitutionibus subventum est* etc. Constitutionem Severi et Antonini in *L.* 1. *Cod. de hered. tutor.* intelligit Noodt. *ad h. t. Pand. circa fin.*

TITULUS VIII.

DE MAGISTRATIBUS CONVENIENDIS.

L. I.

Teneri eos, qui praesentes fuerunt:] Non alios. Hinc colligunt, pro debito civitatis cives, qui non consensere, non teneri. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 30. *Def.* 13. et *Part.* II. *Const.* 6. *Def.* 25.

§. 9.

Conventione enim Duumvirorum jus publicum mutari non potest:] Vid. *L.* 38. *de pactis* (1).

(1) Verba sequentia: *quemadmodum si solus dedisset*, etc. vitiose verti in Basilic., notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIV. §. 4.

§. 10.

Si quando desint in civitate, etc.] Sunt verba rescripti. Vid. *L.* 24. *de tut. et cur. dat.*

§. 11.

Non enim debent magistratus futuros casus etc.] Facit huc *L.* 6. *qui et a quib. manumiss. L.* 2. §. 7. *de adm. rer. ad civ. pertin.* add. Maynard. *Decis. Tholos.* VI. 56.

§. 12.

Sed et si satis non exegit, idoneus tamen tutor etc.] Vid. *L.* 53. *de adm. et per. tutor.* (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 9. — Ad *seq.* §. 17. vid. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Incidit hic* etc.

L. II.

L. II.

Si scit, ut proponitur, magistratibus eum non cavisse.] Vid. *L.* 5. *h. t.* (1).

(1) Add. de hac et seq. *L.* 3. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 10. In qua *L.* 3. pro *non erit iniquum* etc. Hal. habet, *tamen erit iniquum* etc. quod probat Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 191. Vid. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. IV.

Heres ipsius dolo proximae culpae succedaneus est.] Itaque heres non tenebitur probare id, de quo *L.* 1. §. 13. *h. t.* Cyriac. *Controv.* 22. vid. *L.* 6. *h. t.* (1).

(1) Add. de hac Lege Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Altera quaestio est* etc. et Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 27. §. 3. De verbo *succedaneus* vid. Brisson. *de verb. sign.* in voc.

L. V.

Cum sciret, pupillo cautum non esse,] Vid. *L.* 2. *h. t.*

L. VI.

Novissime, non alias ait in heredem actionem dandam, quam etc.] Vid. *L.* 4. *h. t.*

L. VII.

Sin culpa *duntaxat eorum*, etc.] *Sed si neque culpa*, Vulg. Pessime. Vid. Leonin. *Emendat.* II. 14. (1).

(1) Apud Hal. *duntaxat* abest. Vid. Geb. *h.*

L. IX.

Quoniam eadem in magistratibus (1) actio *datur*, etc.]

Tu-

Tutelae utilis, ex SCto (2). Vid. *L.* 5. *Cod. h. t.* add. Merill. *Obs.* VIII. 24. caute.

(1) Ita etiam Hal. Sed Steph., H. a Porta, et Baudoz: *in magistratus*, quod praefert Brencm. *h.*

(2) De quo vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 42. *Disputationem de actione tutelae adv. magistratus*, scripsit Ge. Chr. Gebauer. in ej. *Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 209. *seqq.*

TITULUS IX.

DE REBUS EORUM, QUI SUB TUTELA VEL CURA SUNT, SINE DECRETO NON ALIENANDIS, VEL SUPPONENDIS.

De rebus eorum, etc.] Ita generaliter, ob *L.* 22. *Cod. de adm. tutor.* Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de praed. et al. reb. minor.* etc.

Sine decreto non alienandis, etc.] Late hac de re Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. et Leonin. *Emendat.* III. 3.

Vel supponendis.] *Opponendis* dicebant Veteres. Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 12. *p.* 500. (1).

(1) Hal. loco *supponendis* habet: *pignori obligandis*. Vid. Geb. *h.*

L. I.

Imperatoris Severi Oratione etc.] Quae in multis congruit Legi Juliae de fundo dotali. Cujac. *Obs.* VII. 23. ubi tamen et differentiae (1).

(1) Exposuit hanc Orationem Noodt. *in Comm. ad h. t. Pand*, add. Chr. Gottl. Haubold. *Histor. Jur. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt, non alien.* Lips. 1798. Quaedam ad hanc Orationem notavit quoque Jos.

Jos. Fern. de Retes, *Select. Sucoisiv. ad LL. etc. ex quib. prohibita usucapio est*, in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 472. *seqq.*

§. 1.

Tertyllo (1) *et Clemente Consulibus,*] D. Goth. *in not.* „ anno urbis 944. (2)." Post Christum natum 195.

(1) Melius *Tertullo.* Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 31. *p.* 177. add. notata superius ad *L.* 14. *de Offic. Praesid.*

(2) A. U. 948. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 2. §. 14. add. Gluck. *ad Tit. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* §. 1087. *b. not.* 33. *p.* 50.

§. 2.

Ne praedia rustica vel suburbana distrahant:] *Urbana* non memorat, quorum magnus reditus, sed pericula longe maxima. Gell. *Noct. Attic.* XV. 1. Cujac. *in expos. Nov.* 7. *p.* 548. (1).

Nisi ut id fieret, parentes testamento vel codicillis caverint.] Vid. *L. ult. h. t.* (2).

Quod si forte aes alienum tantum erit, etc.] Perinde a quo conflatum. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 56. (3).

Manente pupillo actione, si postea potuerit probari, obreptum (4) *esse Praetori.*] Vid. Cyriac. *Contr.* 219. *num.* 27. *seqq.*

Si communis res erit, et socius ad divisionem provocet, etc.] Aut socius injuriosus, damnosusve sit. Sand. *Decis.* II. 9. *Def.* 21. Fab. *Cod.* II. 15. *Def.* 3. *not.* 4.

Aut si creditor, etc.] Alia exceptio *Nov.* 115. *Cap.* 3. §. 13. add. Cujac. *ad Nov.* 18. *p.* 565. Alias dabit Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 52. *seqq.* Non obstat *L.* 12. *Cod. h. t.* Sand. *ibid. num.* 60.

(1)

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Deinde ait Orati* etc. et Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur Geb. et Spang. De *suburbanis* nuperrime disserui Heinr. Ed. Dirksen, *Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Römischen Rechts*, *p.* 95. *seqq* Lips. 1823.

(2) Add. Noodt. *d. loc.* vs. *Hactenus ostendi* etc.

(3) Add. Noodt. *d. loc.* vs. *Altera talis est* etc. et Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 3. *seqq.*

(4) *Obrepere* est non cogitantem fallere, seu non intelligentem circumvenire. Noodt. *d. loc.* vs. *Porro ait Oratio* etc.

§. 4.

Non puto pignus valere:] Idem volunt multi cum Gloss. in casu emtionis cum pacto de retrovendendo. Dissentiunt Bockelman. *ad Tit. Pand. de rescind. vend.* §. 4. *p.* 650. *seq.* Zoes. *ad Lib.* XVIII. *Pand. Tit.* 3. in *Tractat. de retract. Convention. num.* 11. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 19. (1). Quia scil. hic praedium nunquam perfecte minoris fuit, et non tam alienatur, quam restituitur. Facit huc *L.* 10. §. 1. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* modo sit hoc ab initio dictum. Sed in casu pignoris res fuit perfecte minoris. Sand. *d. loc. num.* 50. qui et notat, videri nonnullis responsum hoc iniquum.

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand. num.* 12.

L. 11.

Sed hic videtur illud movere, quod cum dominio pignus quaesitum est, et ab initio obligatio inhaesit.] Sunt verba objicientis. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 10. (1). Hinc colligunt, eum, qui hac lege (2) quid vendidit et tradidit, aliis esse potiorem, etiam iis, quibus omnia debitoris bona obligata sunt. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. qui potior. in pign.* §. 8.

(1)

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *At non tantum* etc.
(2) Scil. ut res sibi pignori sit, donec pretium sit solutum.

L. III.

§. 1.

Sive damni infecti,] Ut in *L. 1. de fund. dotal.* adeoque et Oratio Severi de alienatione voluntaria tantum agit. Cujac. *Obs.* VII. 23.

Et (1) *ut procedat, juberi etiam possideri poterit.*] *Ut dominium procedat*, legit Cujac. *Obs. d. loc.* (2). Dissentit Suerin. *Repetit. Lection. Cap.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 18. *seq.*] (3).

(1) Ita Hal. Flor. *ut procedat.*
(2) Sed *Obs.* XXI. 36. putat deësse vocem *usucapio.*
(3) Cui nihil hic deësse videtur. Duirsema, *Conject.* II. 5. *p.* 228. *seqq.* vult: *et ut Praeto. procedat.* A. G. Pagenstecher. *Adversar.* I. 9. post *procedat* subaudiendum putat *pignus.*

§. 2.

Si fundus a tutore petitus sit pupillaris, nec restituatur, etc.] Dum forte jam est penes alium: vel pupillo id minus utile est. Alioquin non negatur, locum esse posse remedio *L.* 68. *de reivind.* Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 98. *error.* 9. *num.* 4.

§. 3.

Nam et hic valebit alienatio propter rei judicatae auctoritatem.] Et victori contra tertium dari reivindicationem, putat Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 98. *error.* 9. *num.* 6. de quo dubito, nisi quatenus res est cum victo, ejusque successoribus. Sed in sequentibus aliter, ut et *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 23. *Thes.* 5. *Lit. e. p.* 501. notat, hic tantum doceri, in restitutione nihil fieri contra SCtum.

§. 4.

Ἐμβατευτικὸν (1)] Quod hic cum ἐμφυτευτικῷ idem esse, putat Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 13. *p.* 575. add. Hesych. *Lexic.* voc. ἐμβατεύειν (2).

Et magis est, non posse etc.] Vid. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 15. et Mev. *ad Jus Lubec. Lib.* I. *Tit.* 7. *Art.* 10. *num.* 25. *seqq.* (3).

(1) Flor. legi: ἐμβαλευτικὸν, ait H. a Porta, et Turneb. *Adversar.* XXX. 35. Sed falsum hoc esse, testatur Brencm. *h.* qui tamen restituendum putat: ἐμβατικὸν, ut Basil. *habent.*

(2) Vid. et Turneb. *Advers. loc. modo cit.* et Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. jur. p.* 28.

(3) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Vetat igitur Oratio* etc.

§. 5.

Nec servitutem imponi posse etc.] Nec reditum annuum. Vid. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 42. (1).

(1) Add. de hoc §. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Vetat igitur Oratio* etc. Pro *nec ususfructus* Nic. a Salis: *sed ususfructus.* Male. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 230.

§. 6.

Vel quid aliud huic simile.] Junge *L.* 5. *h. t.* (1).

(1) De voce *stypteriae* vid. Alciat. *Parerg.* I. 39. et Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 406. De verbis *cretifodinas*, et *argentifodinas*, Turneb. *Adversar.* XXX. 35.

L. V.

§. 2.

Ea enim, qua quasi pupillaris vero distractus est, vendi-

ditio valet.] Vid. D. Goth. *in not.* ed. R. Steph. 1529. *Etenim si quasi pupillaris distractus est, venditio non valet* (1). Basil. haec longe aliter exhibent [*Tom.* V. *p.* 125.] εἰ δὲ πρᾶγμα τοῦ ἐπιτρόπου, ὡς ὀρφανικὸν ἐκποιηθῇ, ἔῤῥωται. Vid. et Schol. Basil. *p.* 146. *et* 147. et opponunt *L.* 35. *de adq. rer. dom.* unde videntur quaedam hic excidisse (2).

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Noordkerk. *Obs.* *Cap.* 5. *p.* 118. adhibito interrogandi signo legit: *ea enim, qua quasi pupillaris vero distractus est, venditio valet?* Alii aliter. Vid. Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 9. §. 7. Jauch. *de Negat. Pand. p.* 255. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 182. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIV. §. 5. Herm. Cannegiet. *Obs.* II. 16. *p.* 263. Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, §. 21. *p.* 310. Jac. Voorda, *Interpr. et Emend.* III. 6. Bav. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 29. §. 2. Puttman. *Interpr. Cap.* 7. §. 4. *p.* 33. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 2. *p.* 5. *seq.* Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 6.

Idemque et si jure hereditario alii successerit, qui erat obligatus.] Pone ex pacto de retrovendendo. Cyriac. *Contr.* 308. *num.* 52. *seqq.* (1).


(1) Add. de hoc et seq. §. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *At non tantum* etc. in fin.

§. 7.

Eadem ratione, et si parens fundum vendidit, etc.] Non, si tantum venditurum se promiserit. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 103.

§. 8.

Fundum autem legatum repudiare pupillus sine Praetoris



auctoritate non potest:] Non tam id juris ob favorem pupilli, ut vult Sand. *d. loc. num.* 33. quam, quia olim saepe, hodie semper, rei propriae testatoris legatae dominium recta via in legatarium transit (1).

(1) Add. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 28. §. 1. in fin.

§. 9.

Non passim tutoribus sub obtentu aeris alieni permitti *debuit venditio:*] In Oratione scil.

Item requirat, num res aliae sint etc.] Vid. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 65.

Tunc permittet distrahi,] Publica auctione. Sand. *d. loc. num.* 72. Ego Legem hic requiro.

Aut usurarum modus parendum (1) *aeri alieno suadeat.*] Non igitur omni modo opus, ut urgeat creditor. Sand. *d. loc. num.* 57. *seqq.*

(1) Hal. *carendum aere.* Flor. *aeri* exciderat, sed ab antiqua manu ad marginem est repositum. Vid. Brencm. *h.* Vid. de hac locutione Turneb. *Adversar.* XXX. 35. Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 376. mavult: *parcendum.*

§. 10.

Aut distrahendum arbitrabitur,] Salmas. *de Usur. Cap.* 2. *p.* 34. legit: *Idem si distrahendum etc.* vel: *aut ne distrahatur, si distrahendum* etc. (1).

(1) Hal. et Vulg. *aut si distrahendum.* Vid. Geb. *h.* Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 18. *p.* 112. ope geminationis, *aut distrahendum dum arbitrabitur.* Pro *minus utilior*, in seqq. verbis, Hal. et Vulg. habent: *minus utilis.* Vid. Brencm. *h.* qui citat Güntheri *Latin. Restitut. Cap.* 110. add. J. G. C. Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. servit. amitt. Cap.* 1. *Sect.* 2. *not.* 9. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* 1. *Tom.* I. *p.* 277. — Ad seq. §. 11. vid. Ant. Au-

Augustin. *Emendat.* IV. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1531.

§. 12.

Et putem valere, si modo tutela Romae agebatur; etc.] Idem, si Praeses aditus. *L.* 16. *Cod. h. t.* Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 70. Alii utrumque adhibendum volunt. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 15. Perez. *Prael. ad h. t. Cod. num.* 8. quod consultum, non vero opus (1).

(1) Vid. hac de re etiam Voet. *ad h. t. Pand. num.* 5.

§. 13.

Oportebit Praetorem curare, ut pecunia accepta creditoribus solvatur,] De quo ut constet, recte emtor faciet, si nummos det creditori, et instrumentum de eo curet fieri, vel apochae exemplum petat. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 76. Probari etiam debet, fuisse debitum. Fab. *Cod.* V. 37. *Def.* 2.

Dareque viatorem, qui ei renunciet; etc.] Extra rem tamen demandatam injuratis non creditur. Mev. *Decision. Part.* IV. *Dec.* 269.

§. 14.

Si aes alienum non interveniat, tutores tamen allegent, expedire haec praedia vendere, etc.] Vid. *L. pen. h. t.* Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 63. et *Decision.* II. 9. *Def.* 14. Perez. *in Prael. ad h. t. Cod. num.* 3. Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 20. (1).

(1) Add. Huber. *Prael. ad h. t. Pand. num.* 4. et Noodt. *ad eund. tit.* vs. *Altera talis est* etc.

§. 15.

Manet actio pupillo, si postea poterit probari, obreptum (1) *esse Praetori.*] Ad quod probandum tenetur minor. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 11. *Def.* 32.

(1) De Verbo *obrepere* vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *h. t.*

§. 16.

Cessante Oratione decreto locus erit.] Junge *L.* 7. *h. t.* (1).

(1) Alia est hujus §. Graecorum versio, de qua vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIV. §. 5.

L. VII.

§. 1.

Sed dicendum est, posse creditorem jus suum exequi.] Vid. *L.* 2. *Cod. h. t.* Nec requiritur in exsecutione, quod intervenit in actu. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 105. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 311. *et in not.*

§. 3.

Et mea fert opinio, eum, qui aliud fecit, quam quod a Praetore decretum est, nihil egisse.] Concessiones ejusmodi stricte accipiendae. Cyriac. *Contr.* 219. *num.* 7. *seqq.* (1).

(1) Ad seq. §. 5. vid. Pothier. *in not.*

§. 6.

Idem *videndum est*, etc.] Lege: *item* (1).

(1) Sic Flor.

L. VIII.

L. VIII.

§. 1.

Et puto, quia de pupillis Princeps loquitur, et conjunctim tutoribus curatores accipiunt, *pertinere: et de ceteris* etc.] D. Goth. *in not.* „ *accipiuntur.* Hal." et R, Steph. (1).

(1) Add. Brencm. *h.* Corrupta haec esse Graecis male versis, putat Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 183. quamvis, quae ista Graeca fuerint, divinare non audeat. Voorda, *Interpr. et Emend.* III. 5. legit: *et conjuncti tutoribus curatores, ad curatores minorum verba pertinere.* H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 18. *p.* 121. *et conjunctim tutoribus curatores accipiunt, pertinere eo: de ceteris* etc. Neutrum placet Puttman. *Probabil.* II. 9. *p.* 60. *seq.* qui pro *accipiunt* legit: *accipiuntur*, et in verbis: *conjunctim tutoribus curatores* subintelligit *cum.* A Puttmanno rursus dissentit J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II, 19. §. 6. *p.* 118. *seq.* qui pro *conjunctim* legit: *conjuncti*, et pro *accipiunt* reponit: *accipiuntur. Accipiuntur* malle etiam videtur Pothier., quem vid. *in not. ad h. l.*

L. IX.

Quatenus tam callidum commentum etc.] Sic *commentitiae venditiones L.* 1. *Cod. Theod. de int. restit.* ubi Jac. Gothofred. [*Tom.* I. *p.* 182.]

L. X.

Vindicatio praedii ex aequitate inhibetur.] Adde alium casum apud Sand. *Decis.* II. 9. *Def.* 17. et Cyriac. *Contr.* 308. *num.* 56. *seqq.* (1).

(1) Add. de hac Lege Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 28. §. 4. *et* 6.

L. XI.

Vel cujuscunque alterius] Surdi, muti. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 4.

L. XIII.

Si fundus sit sterilis, vel saxosus, vel pestilens, etc.] Aliud volunt, si grave inde immineat periculum. Cyriac. *Contr.* 182. *num.* 59. *seqq.* vel nihil inde redeat commodi. *ibid. num.* 65. Principem adiri hic malim. add. Cujac. *ad Nov.* 7. *p.* 547. (1).

(1) Ad seq. §. 1. quaedam notavit Otto, *in Papinian. Cap.* 17. §. 6. *p.* 722.

L. XIV.

Si secundum voluntatem defuncti testamento scriptam etc.] D. Goth. *in not.* „ Hinc colligit Baldus: testamentum irritum probare voluntatem defuncti." Non idem in testamento revocato. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 74. *num.* 14.

TITULUS X.

DE CURATORIBUS FURIOSO ET ALIIS EXTRA MINORES (1) DANDIS.

(1) De curatore minori ob aetatem dando suo loco dictum. Noodt. *ad h. t. Pand.* in pr.

L. I.

Lege XII. *Tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio*,] Dum Lex eam aliis dat. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 106. et *p.* 171.] (1). Formula autem certa etiam a

Prae-

Praetore adhibita. Paul. *in Sent.* III. 4. §. 7. [in *Juris-pr. antejustin. p.* 341.] add. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 6. *Thes.* 5. *Lit. d. p.* 236. *seq.* Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Inst. de curator.* §. 7. [et *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 22.] Vinn. *de Pactis, Cap.* 14. *num.* 5. (2).

Quod moribus *quidem* etc.] *Responsa Prudentum* intelligit Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de Jur. nat. Gent. et Civ.* et *ad* §. 3. *Inst. de curator.* Male: ipsa enim Lex de eo cavit. Vid. Jac. Gothofred. *d. loc.* (3).

Sed solent (4) *hodie Praetores*, etc.] *Praetor urbanus*, apud Senec. *in Praef. Lib.* III. *Controv. in excerpt.* (5). Ipse Tiberius prodigo Senatori curatorem dedit. Dion. Cass. *Lib.* LVII. *p.* 618.

Si talem hominem invenerint,] Debent et id indicare adgnati et affines. *L.* 27. *pr. de minor.*

Qui neque tempus, neque finem expensarum habet,] Vid. Rittershus. *Sacr. Lect.* III. 7. (6).

Curatorem ei dare exemplo furiosi:] Vid. *L.* 12. §. 2. *de tutor. et curat. dat.*

Vel ille sanos mores receperit: etc.] Idque caussa cognita a Judice fuerit pronunciatum. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 17. (7). *Ipso jure*, non aetate, ut minores.

(1) Add. Jo. Hier. Hetzer. *Diss. ad L. Laetor.* §. 3. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 594. *seqq.*
(2) Hi omnes docent, decreto opus esse, ut quis pro prodigo habeatur.
(3) Add. Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 15.
(4) Deficientibus scil. iis, qui ex Lege administrationem habent. Pothier. *in not. ad h. l.* add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 21.
(5) Add. Schulting. *loc. modo cit. not.* 16.
(6) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Sed praeter furiosos* etc.
(7) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 23.

Noodt. *ad eund. tit.* vs. *Recederem* etc. Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 28. §. 10.

§. 1.

Curatio autem ejus, cui bonis interdicitur, etc.]. Rhetores dicebant, hos accusari dementiae. Quinctil. *Declam.* 295. ubi Aerod.

Filio potius curationem permittendam in patre furioso,] Non tamen illum, ut prodigum, accusare potest. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 6.

Si tam *probus sit*,] *Si tamen* etc. ed. R. Steph. (1).

(1) Atque ita legendum, putat van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 12. *p.* 342. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Quaerentibus* etc. *tam* accipit pro *valde*. add. notata superius ad *L.* 24. §. 1. *de minor.* Graecos legisse videri: *si providus sit*, observat Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* IV. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 791. An, *si tam probus sit*, ut scil. curatio patris ei tuto permitti possit.

L. II.

Vel dari *jubebit* (1):] An, *dare*. Sic R. Steph. Facit huc Cicer. *de Senect. Cap.* 7.

(1) Apud Hal. haec absunt. Vid. Geb. *h.*

L. IV.

Etsi inaequalis *est eorum potestas*,] Matri illa nulla est. Ita interdum loquuntur JCti, et alii. Vid. Noodt. *in Jul. Paul. Cap.* 7. et *Obs.* II. 15. (1).

(1) Et *ad h. t. Pand.* vs. *Quaerentibus* etc. add. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 12. *p.* 342. et Puttman. *Probab.* I. 10. *p.* 76. *seqq.*

L. V.

Curator ex SCto constituitur, etc.] Vid. tamen *L.* 9. *pr. h. t.*

L. VI.

Quo magis curatore accepto onera civilia detrectent.] Quod miris interdum artificiis olim fiebat. Facit huc Apulej. *Metam. Lib.* IV. [*p.* 257. ed. Oudendorp.]

L. VII.

Consilio et opera curatoris tueri *debet* etc.] *Tueri*, passive. Vid. D. Goth. *in not.* et Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. (1).

(1) Add. Noodt. *ad h. t. Pand.* in fin. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. et notata superius ad *L.* 19. *pr. de jurisdict.*

§. 1.

Aut si *satisdatione interposita secundum decretum vendiderit.*] *Aut si non* etc. ed. R. Steph. et Basilic. Schol. *Tom.* V. *p.* 170. Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l. at, si non* etc.

Triplicatio *doli tutos possessores praestabit.*] Pro *duplicatione.* Sic *L.* 2. §. 3. *de exception.* et *seq.* §. *h. l.*

§. 2.

Aut si is, qui egit, satisdederat.] *At, si is, qui egit, non satisdederat.* Sic videtur legendum, et negationem habent Basilic., et ed. R. Steph. *aut si non is* (1).

Sed an replicatio curatori *profutura esset*, etc.] Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. h. l.* (2) pro *curatori* substituit *heredibus* (3). Quid, si *replicatio* pro *duplicatione* accipiatur, ut mox.

Do-

Doli triplicatio *obstabit.*] Pro *duplicatione*, ut §. 1. *h. l.* De re ipsa quaedam et Cujac. *ad Libb. Julian. Dig. in expl. L.* 16. *de exc. rei judic.*

(1) Ita Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Et *Obs.* XXV. 37.
(3) Probante Pothier. *in not. ad h. l.* Etiam Voorda, *Thes. Contr. Dec.* 28. §. 9. sensum id postulare dicit, sed, minore molimine, pro *profutura* legendum putat: *obfutura*, vel *nocitura.*

§. 3.

Quia solutio, venditio, traditio, *facti magis, quam juris sunt:*] Vid. Paul. *Sent.* V. 11. §. 2. (1).

(1) Ibique Schulting. *not.* 5. Praecedit: *legitime mercaretur*, id est, decreto interposito. Pothier. *in not. ad h. l.* qui putat, vocem *legitime* a Triboniano profectam esse.

L. IX.

Cujus bonis distrahendis curatores facere Senatus permisit, etc.] Vid. *L.* 5. *h. t. L.* 4. *de curat. bon. dand.* (1).

(1) Sequitur: *multoque magis id servari aequum est, si etiam factus est* curator, etc. ubi vocem *curator* non esse Triboniani, docet Bynkersh. *Obs.* VII. 14.

L. X.

Ulpianus Lib. XVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *et alias, de publ. in rem action.*

Quia in bonis non (1) *habeant*,] Noodt. *ad Tit. Pand. de Publ. in rem act.* vs. *Voluit igitur Praetor* etc. (2) legit: *quia jus bonorum*, aut *quia jus in bonis non habeant.* Ante interdictionem omnia valent. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 15.

(1) Vulg. *nihil habent.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Et *ad h. t. Pand.* vs. *Ejus vero interdictionis* etc. Pari modo Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. legit: *quia in bonis jus non habeant*: nisi dicere malimus, prodigum nihil habere in bonis, nempe effectu, quia dominii praecipuum est alienare.

§. 1.

Curator furiosi rem quidem suam quasi furiosi tradere poterit, et dominium transferre:] Volens, ne obstet *L.* 35. *de adq. rer. dom.* (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XI.

Paulus Lib. VII. *ad Plautium.*] Junge *L.* 46. *de oblig. et actien.*

L. XII.

Ab adgnato, vel alio curatore furiosi, rem furiosi dedicari non posse constat:] Merillius, *Obs.* VII. 19. hoc quaesitum putat, quia sub D. Marco, sub quo Marcellus floruit, certatim omnes, in Imperatoris honorem, statuas et imagines in Larariis suis dedicarent: quod incertum.

Sed quatenus negotiorum exigit administratio.] Vid. *L. ult. h. t.*

L. XIII.

Gajus Lib. III. *ad Edictum Provinciale.*] Ubi de procuratoribus egit.

Saepe ad alium e Lege XII. *Tabularum curatio furiosi, aut prodigi pertinet,*] De jure.

Alii Praetor administrationem dat,] Quae facti tantum est. add. Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de sept. pass. et restit.* [*Tom.* III. *p.* 385.]

L. XIV.

L. XIV.

Virum uxori mente captae curatorem dari non oportet (1).] De hodierno usu Perez. *in Prael. ad h. t. Cod. num.* 10. (2).

(1) Add. Gratama, *Praelect. ad primam partem Instit. p.* 312. *seqq.*
(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. *ult.*

L. XV.

Et mulieri, quae luxuriose vivit, etc.] D. Goth. *in not.* „ Meretrici bonis interdicitur. Paul. *in Sent.* III. 4. §. 6. ubi Cujacius, reprehensus a Fornerio, *Selection.* II. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 51.]" quem probat Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* II. *Cap.* 2. (1).

(1) Add. Schulting. *ad d. loc. Paul. not.* 14. in *Jurispr. antej. p.* 340. Noodt. *ad h. t. Pand.* vs. *Sed praeter furiosos* etc. Otton. *In Praef. Tom.* II. *Thes. jur. p.* 2. Vid. et Em. Soarez. Ribeira, *Obs. jur.* I. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 568. Etiam dum vigebat tutela sexus, potuisse mulieri majori XXV. annis bonis interdici, quia, quod ad res nec mancipi, sine custode erat, observat Pothier. *in not. ad h. l.* et ex eo Voorda *Thes. Contr. Dec.* 28. §. 7.

§. 1.

In bonis curatoris privilegium furiosi, etc.] *Furiosi*, ed. R. Steph. (1).

(1) Etiam Hal.

L. XVI.

Si furioso puberi, etc. *curatorem pater testamento dederit*, etc.] Hoc casu legitima cura cessat. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 12. §. 3. (1).

(1) Ad quem Ulpiani locum vid. et Pothier. *in Pand. Justin. hoc tit. num.* 7.

§. 1.

Et maxime si filios habeat iste prodigus?] Quo casu magis bonis consulendum.

§. 2.

Et exheredasset filium, etc.] Vid. Sand. *Decision.* IV. 2. *Def.* 3. (1).

(1) Sequitur in §. 3. *ne, quem pater vero consilio prodigum credidit, eum magistratus, propter aliquod forte suum vitium, idoneum putaverit.* Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 7. *p.* 166. *seq.* pro *ne* legit: *nec*, et pro *propter aliquod forte suum vitium* reponit: *propter aliquod* (id est, aliud quod) *forte suum judicium.* Aliter Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 9. *p.* 206. *seq.* qui pro *forte* legendum putat: *fortunae*, et notat Nic. Catharin. *Obs. et Emend.* III. 37. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788. corrigentem: *neque vero quem pater consulto prodigum credidit, propter aliquod forte suum vitium, eum magistratus idoneum putaverit.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXIV. §. 5. *τὸ vitium* recte se habere censet, quamvis etiam Graeci videantur legisse: *judicium.* Sed in praec. verbis pro: *sed per omnia judicium testatoris* etc. legit: *et per omnia* etc. Apud Hal. *sed* abest. Vid. Geb. *h.* Nihil mutat Henr. Jo. Arntzen. *Obs. Syllog. Cap.* 4. in *Actis Societ. Traject. Tom.* I. *p.* 140. *seq.* sed *vero consilio* exponit *justo*, *aequo*, quo nepotibus prospiceret, ne bona ad prodigum pervenirent. *Propter aliquod* Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.* Flor. *propter aliquid.*

L. XVII.

L. XVII.

Quod ea res ex administratione non est :] Vid. *L.* 12. *h. t.*

Nisi ex magna utilitate furiosi hoc cognitione *Judicis faciat.*] *Cum cognitione*, Al. (1).

(1) Apud Hal. *hoc* abest, ejusque loco *de* insertum.



AD-

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 11. Lin. 14. *quid* lege *quod*.
Pag. 12. Lin. 15. *etiamsi* lege *etiamsi*.
Pag. 15. not. 3. *Schulting*. lege *Schulting*.
Pag. 48. Lin. pen. *Vid. Augustin.* etc. ubi etiam meminit celebris illius controversiae, quae de hujus loci lectione olim fuit inter Bartolum et Baldum, seu potius Franciscum Accursium: de qua vid. et Brencman. *Histor. Pand.* III. 1. *p.* 196. *seq.*
Pag. 62. not. 1. *Aliter Ed. Gans* etc. Sed vid. et Unterholzner. in *eod. Archiv.* 6. *B.* 1. *H. p.* 60. *seqq.*
Pag. 67. Lin. 1. *Mecaenate* lege *Maecenate*.
Pag. 69. Lin. 12. *obsure* lege *obscure*.
Pag. 71. L. X. §. 4. not. 1. *Add. Merill.* etc. Vid. et Ger. Jo. Vossii, *Etymolog. Ling. Latin.* voc. *Luscus* et *myops*.
Pag. 72. L. XII. §. 4. not. 2. Add. Scip. Gentil. *in Apolog. Apulej. Oper. Tom.* VI. *p.* 37. *seq.* quem laudat Burman. *ad Petron. Satyric. cap.* 68. *p.* 341.
Pag. 74. Lin. 3. *Add. Scip. Gentil.* etc. et G. J. Vossium, *Instit. Orat.* III. 5. *Sect.* 3. *p.* 275. ed. in 4to.
Ibid. §. 10. not. 1. *Etiam Otto*, etc. et van Eck. *ad Tit. Pand. de Orig. Jur.* §. 28.
Pag. 76. not. 2. add. De *errone* ad seq. § 14. vid. Jan. Rutgers. *Var. Lection.* III. 8. *p.* 219. *seq.* add. Burman. *Antholog. Latin. Tom.* II. *p.* 662.
Pag. 80. Lin. 1. *Vid. Duker.* etc. et *ad Flor.* III. 21. §. 26. *p.* 692.
Pag. 81. Lin. 4. *Add. Hoffman.* etc. Sed cum Bynkershoekio facit van Eck. *ad Tit. Pand. ad L. Cornel. de Sicar.* §. 18.
Pag. 86. Lin. 17. *praestenter* lege *praestentur*.
Ibid. Lin. 28. *admistratio* lege *administratio*.
Pag. 87. Lin. 15. *venduunt* lege *vendunt*.
Ibid. not. 2. *Et Pancirol.* etc. Vid. et Otton. *Notit. Rer. Public. in Prolegom.* §. 21. *Schol.* 1. *p.* 14.

Pag. 90. Lin. 3. *orndmentorum* lege *ornamentorum*.

Pag. 106. Lin. 9. *Add. Trotz.* etc. Vid. et Otton. *Not. tit. Rer. Public. Cap.* 1. §. 2. *Schol.* 4. *p.* 61. et Wissenbach. *in Disp. ad Tit: Pand. de adq. rer. domin.* §. 11.

Pag. 108. Lin. 24. *ſorte* lege *forte*.

Ibid. Lin. antepen. *vendltore* lege *venditore*.

Pag. 113. Lin. 19. *Fulgentius* etc. Locus Fulgentii est in Thom. Muncker. *Mythogr. Latin. Tom.* II. *p.* 168.

Pag. 126. L. LXIV. not. 1. Est etiam ad *h. l. pr. Dissertatio* J. A. van Wachendorff. Traj. ad Rhen. 1762.

Pag. 149. §. 8. not. 1. *Etiam Wissenbach.* etc. Cum Cujacio facit quoque Mausſacus, *Diſſ. Critic. ad Harpocration. p.* 399.

Pag. 152. Lin. 12. *ſacta* lege *facta*.

Pag. 157. §. 1. not. 1. add. Florentinam ſervat quoque Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *tit. de rit. nupt. p.* 219. *in not.* qui in ſeqq. verbis pro *quo ſperabatur adfinitas* forte legendum conjicit: *quo ſeparabatur adfinitas*.

Pag. 170. Lin. 28. *Accuſativum* lege *Accuſativo*.

Pag. 171. Lin. 20. *πάπωου* lege *πάππου*.

Pag. 174. Lin. 11. *Add. Schulting.* etc. Cujacium valde quoque probat Mausſacus, *Diſſ. Critic. ad Harpocration. p.* 399.

Pag. 178. Lin. 12. *Buma* lege *Burman*.

Pag. 182. Lin. 24. *Frontejo* lege *Fontejo*.

Pag. 184. §. 2. not. 1. *In praecedentibus verbis* etc. Praeterea pro *ad Valerium Verum* forte legendum: *ad Valerium Severum*, conjicit van Eck. *ad Tit. Pand. de orig. Jur.* §. 30. Pari modo Grotius, *de Vit. JCtor.* II. 4. *in fin.* Sed Bertrand. *de Juriſperitis*, II. 32. potius legendum putat: *Valerium Veranium*, et Grotio obloquitur Heinecc. *in Hiſtor. Jur.* I. §. 248.

Pag. 187. Lin. 14. *ſacta* lege *facta*.

Pag. 190. Lin. 9. *p.* 139. lege *p.* 193.

Pag. 207. Lin. 5. *ſimplicitur* lege *ſimpliciter*.

Pag. 234. Lin. 12. *αμνημόνευτος*, *ἀντεξούσιος* lege *ἀμνημόνευτος*, *ἀυτεξούσιος*.

Pag. 235. L. LXVIII. not. 1. *Add. Pothieri* etc. Sed vid. et Gluck. *hoc tit. p.* 302. *ſeq.*

Pag. 260. Lin. ult. *Cad.* lege *Cod.*

Pag. 269. Lin. 3. *Conanus* lege *Connanus*. Sic etiam alibi legendum.

Pag.

Pag. 327. Lin. 28. *ἰνὶ* lege *ἐνὶ*.
Pag. 338. Lin. 23. *abſorbi* lege *abſorberi*.
Pag. 366. Lin. 19. *ſaepisſime* lege *ſaepisſime*.
Pag. 388. Lin. antepen. *Alphvbet*. lege *Alphabet*.
Pag. 395. Lin. 19. *Byukersh*. lege *Bynkersh*.
Pag. 412. Lin. 21. Ῥωμη lege Ῥώμῃ.
Pag. 419. Lin. 9. *ἀνεκλογίστονς* lege *ἀνεκλογίστους*.
Pag. 423. §. 7. not. 1. *Schroder*. *Obſ*. *Jur*. *Civ*. *Cap*. 8. lege *Schroder*. *Obſ*. *Jur*. *Civ*. *Lib*. III. *Cap*. 8.
Pag. 462. Lin. 4. *αἰτία* lege *αἰτίᾳ*.




ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM